EPHEMERIS.
HISTORICO POLITICA
IN CŒLO SARMATIÆ,
LVMINARIVM.

Maiorum æquè ac Minorum, Motus, Ortus, Occasus, Culminationes, Aspectus, Coniunctiones aliasq; Sisigias,
Fideli Stylo referens.

SEV

Synoptica descriptio Historiographica Chronographica, singularium in Polonia gestorum, Regum, Principum, Ducum, Magnatum, Nobilium, Vitas & Heroica Acta complectens.

Per singulos Anni dies, ex approbatis Authoribus,
à M STANISLAO WARYSKI,
COLLECTA,
Luci Publicæ
PORRECTA.

CRACOVIÆ, Typis Vniversitatis.

Sint & Purpureis STEMMATA floribus
Auctor.

Queis permulſa DOMVS iucundo riſit odore. *Catul.*



.... ſic flore ſub vno
ARMIGERæ LECHæA Roſæ per iugera regnant:
Hæc largo matura die, ſaturataq; vernis
Roribus indulget ſpatio.
Claud: de Nuptijs Honorij.

Jlle colet nitidis gemmantem floribus hortum
Vernantiſq; ROSÆ rubicundo Sanguine Florem. *Maniliũs.*

MAGNIFICO, AC GENEROSO DOMINO, D. CHRISTOPHORO DE DOBNIA DOBINSKI, TERRÆ GOSTINENSIS VENATORI.

Domino & Mecœnati,

IGnosces Magnifice Domine VENATOR, quod tantillum laborem meum Magno Nomini & Honori Tuo, ausim dedicare. Etiam vel ipse lucidissimus Titan, minima etiam quæq; intuendo radijs suæ lucis illuminat & fovet. Nec tu minimos sudores meos respicere dedignaberis, sed eis de tuarum ingentium Virtutum splendore, addes decus & præsidium, tanquam is qui de Domo ac Familia assurgit celsior hac, quæ splendorem & decus suum non à volubilis fortunæ favorabili dono, sed à heroica dexteritate nanciscitur. Si quid enim, mihi me-

minisse liceret Patrum, Avorum, Atavorumq; Tuorũ. sufficeret ex multis adhuc sub Casimiro Primo Originem Ducens Magnus Chiliarcha, DOBROGOSTVS ROLA, contra immanem Crucigerorum potentiam, sub Vladislao Łokietek, Magnanimus heros, qui pro defendendo Charissimæ Patriæ suæ nido prodigaliter San guinem fundens pectus suum, opposuit, & dum fugientem ex acie persequitur hostem, non prius persequi desivit donec vsq; ad internecionem delevisset Fortunatum infortunium, nomen loci à virtutis heroica dexteritate insignivit. PLEVAN antea dictum Ex quo bene sangvine hostili fecundato Nido, evolant in omnes Orbis Sarmatici partes genuini, Sarmaticæ alitis pulli Vnde in Lacicienfi, Ravensi, Płocensi, & alÿs pluribus Palatinatibus sedes fixere: quorum singulorum acta memorare meæ opis non est Ex inde evolavit anteacto sæculo dulcissimus Genitor Tuus GEORGIVS CASIMIRVS DOBINSKI, Districtus Prosovicensis, in Palat: Crac: Camerarius, ob virtutem solidam maximam rerum experientiam ac Patriarum legum Vir summæ authoritas

tis, in cuius encomia trepidus non audet assurgere calamus ideoq; vmbram Nominis eius ac Martia facta veneror silentio. Eius post vitam superstes, vivam Tu geris Imaginem Magnifice Domine. Cuius si primos vitæ contẽplor annos non inter crepundia, ac pueriles bullas, sed inter pulveres reperio, Scholasticos, genuinæ Almæ Matris scientiarum vbera sugentis, non nugas vt tenellorum sed vtiles scientiarum artes tractantis. Quem miratus Mavors classicum intonans ad arma invitat Musarum & Apollinis deliciũ eripit, cui impiger Tu Iuvenis addictior factus, non prius sagum deponere persuasus Es quam plusquam ducdena annorum curricula in armis Hæctor, exegeris: vbi quot sudores quantos labores, quot vulnera pro aris focisq; forte pectus opponendo, intrepidus sanguinem fundendo, mile graves molestias perferẽdo sustuleris Regnãti us Michaele primo tum Ioanne Tertio Regibus Poloniæ primo in Cataphracta Cohorte militando cum Varsycio Palatino Sandomir: tandem in Loricata cum Chelmscio cuius regimen Tibi Optioni fortissimo commissum, quàm gloriose exegeris, facta loqvuntur. Cui pa-

num erat vitam pro Patria ponere. Pro quo a Summis Regibus Magnis honoribus condecorandus eras, ni aliter iniqua tulisset sors, magnis Heroibus invida Sed non deponis animum quin patriæ non servias, quinimo deposita galea & Clypeo, fœderibus Coniugij MARIANNÆ ŁODZINSKA, de Chorazyce iunctus, agis quod boni Patriæ Civis est, mala à longe prospiciens sana Consilia subministrans, iam Directorem particularium Comitiorum agendo iam ad Generalia Centuriata Comitia munus Nuntij exequendo iam in Campo Electorali, immotus ad nullas Partium in diversa ducentium inclinatus, sed constans nullisq; placatus muneribus pro libertate vt Hector pro Troia decertasti. Sed quid ego singula referam, heret calamus in recensendis eis. Vnde retorqueo illū ad te Infula cinctum Caput Maure DOBINSKI, qui discedens Castris Palladis in Castra Christi, voluisti Tuam Facem accensam virtutum sub modio claustri abscondere, quam suprema Deûm hominumq; Potestas ex vmbris extrahens in Abbatiali exponit candelabro. Nec vos reliqvū Par Ledeum fratrum preterire possum STANISLAE &

THOMÆ DOBINSCII, quorum singulos vera virtus & heroica acta in Sago & Toga, Claros Orbi Sarmatico fecit, vel maxime Te Camerarij Districtus Prosovicen: Et quomodo præterire possum maxima in Patriam merita pijssimi fratrum manes VALERIANI, ROMANI, IOANNIS CASIMIRI, DOBINSCIORVM Siquidem sciam vitam qua nihil tenerius vestram à teneris annis in obsequium Patriæ, cruento Gradivo dedicatam fuisse vbi pro aris & focis magnos heroes agendo, ac invictos Magnum Domui Vestræ addidistis ornamentum. Nec deesse huic ornamento Germanæ quarum vna LVCZYCCIORVM altera KVRZESCIORVM iuncta Nobilissimis Domibus grata prole Domum exonarunt Tantis ergo Decoribus, meritorum & Gentilitijs splendoribus fulgidam Domum totáque Illustrissima Familiæ lumina collecta, in Te singulari propensionis affectu debitoque submissi animi cultu veneror Illustris Magnifice Domine, multumque in Te deprædicando, tenuis eloquio Musa mea non allaborat sufficit ei opellam hanc magni Nominis Tui sub auspicijs luci publicæ præsentare, quo maior æstimatio decusque labori abinde veniat Tu grato quæso suscipe animo, quidquid hac exigua pagella contentum, Honori Tuo dedicat & offert.

Author Operis.

Jmprimatur.

M. PETRUS PRACZLEWIC, S. Th. Doct: & Professor, Universitatis Cracov: Generalis RECTOR. *mp.*

APROBATIO.

TYLICIANI ORATORIS.

Opus hoc Histriographicum, & Chronographicum, magni laboris, nec futurum fructus vsusq; minoris, legi & recensui, & ut in lucem prodeat quam totius do testimonium. M. MARTINVS BIELECKI, Tylicianus Orator.

JANURIUS.

1. JOANNES ALBRACHTVS Princeps, poſtea Rex Polon: in Ungaria ad Caſſoviam ſuorum 4000. ſtipatus, cum pluris ei fuerit gloria quàm Vita, cum 14000 Hungarorum fortiter pugnando ſuccumbit, & vix hoſtium manus elabitur tertio equo quia duo ſub ipſo occiſi Anno. 1491. *Bielſcius L. 4. Chron.*

Eadem, Sigiſmundus 1. Rex Polon: ſummis Principibus Venerabilis, hoſtibus formidabilis, ſubditis amabilis, cæteris omnibus admirabilis naſcitur An: 1487.

Eadem, Cracovia, luce de ſuper portentosè mediâ nocte illuminatur. A. 1272. *Longin: L. 7.*

2 Vladislaus Princeps postea Rex Polon: eius Nominis IV. Roma Neapolim discedit. An: 1625. *Vassemberg L. 3.*

3 Portentosa caliditas per totam Poloniam, adeo vt frutices gemmarent, post hanc in Maio prodigiosa nix hyemabat. An: 1493. *Longin: L:*

4 Suyscius Moschus ad Smolenscum 300. milites mitti, vt nostros morarentur, facturus stratagema; sed irrito conatu. An: 1582. *in Diario Obsid: Moschou.*

Ead: Rex Polo: Casimirus Ludovico Hungariæ Regi, eligens eum in Successorem, confirmat sua promissa A. 1355. *Lon. L. 7.*

5 Vielisiam Vrbem Mo-
scho-

ſchorum, & Arcem Noſtri exuunt, multaq; onuſti prædâ hoſtem captivum triumphant. *Gwaguin: T. 1.* A. 1568. *Bielſki L. 5.*

Ead. in Monaſterio Olivenſi Tractatus Pacis ineunt Sveci cum Polonis. A. 1660. *Koch: Cl: 2. L. 6.*

6. Maſoviæ Ducatus per Pacta Regno Poloniæ incorporatur A. 1355. *Longin: L. 6.*

Ead: Moſchi Margemburgum in Pruſſia obſident, & poſtea expugnant. A. 1560. *Bielſki L. 5.*

7. Jacobus Swinká, Archiepiſcopus Gneſnen: Lanciciæ Synodum celebrat. *Longin:*

Ead: Iaroſlaus Archiepiſcopus Caliſſij Synodum abſolvit Regnante Ludovico Vngaro. *Cromer L. 12.*

8. Sechinus, Moschorum Dux, ad Smolenscum castra Vladislai IV. oppugnat. An. 1634. *Piasecki. Kobierz.*

Ead: idem Vladislaus pro tunc Princeps Neapolim ingreditur. A. 1625. *Vassemberg.*

9. A Baiazete Turcarum Imper: Legati missi in Poloniam, totum Annum cum morarentur, Cracovia Petricoviam pro Comitijs discedunt An. 1501. *Bielski L. 4.*

Ead: supra Cracoviam tonat & fulgurat portendosè An. 1571. *Paprocki.*

10. Smolenscum Moschorum Vrbs, sita in clivo Riphæi Montis, ad Aras Alexandri Magni, in Obsidione detinetur, à Vladi-

Vladislao IV. An. 1633. *Piasecki.*

II Joannes Albrachtus, Rex Polon: Comitia Petricoviæ celebrat, & Legatos Turcarum statuto fædere pacis ad Annos 5. dimittit: quò veniunt & Legati Tattarorum, atq; cum Polonis Paciscuntur vbi Kożuchowe 30000. floren: concedit illis Rex, & illi 30000. suorum pro qualibet necessitate bellandi sistere sese obligant. An. 1501. *Bielski L. 4.*

Ead: Vladislaus IV. non dum Rex Polon: Neapoli nobile certamen videt. A. 1626. *Wassemb.*

12. Zavisius, Episcopus Crac: in Dobrowoda fatis cedit. 1380. *Starovolsc.*

Ead: Radlicius, Episco: Crac: Medi.

Medicæ Facultatis Decus obijt. 1392. *Idem.*

13. Vladislaus Princeps Polon: Neapoli eggreditur. 1625. *Wassemberg.*

14. Vladislaus Lokierek, Comitia celebrat Chęciny A. 1329. *Longin.*

Ead: Joannes Casimirus, Rex Polon: Crac: ingreditur Coronandus. A. 1649. *Kócb: Cl: 1 L: 1.*

15. Stephanus Bathoreus, R. Pol: cum Moscho ad Zapołociam paciscitur ad Annos 10. traditis Regi Poloniæ à Moscho, 34. Arcibus, cum omni ammunitione & tota Livonia. A: 1582. *Bielscius L. 6. & Murimius in fine.*

Ead: Boleslaus pius, Calissien:

fis

sis Dux, Dantiscum obsidet, & brevi expugnat. A. 1272. *Longin.*

Ead: Vladislaus Rex Polon. tumulatur. A. 1649. *Kothow: Clim: 1. L. 1.*

Ead: Stephanus Moldaviæ Palatinus Turcarum 120000. ad paludem Rakowiec 35000. suorum devincit. 1475. *Cromer. L. 18.*

16 Joannes Casimirus antequam Coronaretur. Rupellam Visitat. An. 1649. *Kochow: Clim: 1.*

17 Usswiat Civitas Moschovitica, à Polonis direpta. An: 1568: *Gwagn: Tom. 1.*

Ead: Vladislaus Princeps Polon: Neapol Romam revertitur. An: 1625. *Wassemberg.*

Ead: Andreas, Episcopus Płocensis

censis Nominatus Crac: moritur, & Płoc: tumulatur. A. 1272. *Lon.*

18. Moschorum Legati Vilnam veniunt, & fœdus pacis cum Polonis stabiliunt. A. 1509. *Bielſki L. 5,*

Ead: Birula Kozak, Moschos vexat. A. 1569. *Gwag: T. 1.*

19. Joannes Casimirus, in Regem Poloniæ Coronatur. An: 1649. *Kochow.*

Ead: Vladislaus, Princeps Polon: Roma à summo Pontifice, Ense & Pileo decoratur. A. 1625. *Vassemberg.*

Ead: Resovius Episcopalem Cathedram Crac: præsente Rege pomposè ingreditur, & per Sienium Vladisl: Episc: consecratur. A. 1471. *Starow.*

Ead:

Ead: Gaudentius Episc: Crac: moritur. An. 1141. *Starow*.

Ead: Maćieiowski Episcopus Crac: lenta tabe consumptus viam Vniversæ carnis ingreditur. An. 1608. *Starow*.

20. Sigismundus I. vt Regni Fasces & Coronam capesseret, Cracoviam ingreditur. A. 1507. *Bielski L. 5.*

Ead: Vladislaus Lokietek imus Cracoviæ in Regem Poloniæ Coronatur. A. *1320. Kromer L. 11.*

Ead: in Maiori Polonia Bellum Civile inter Magnates ardet. An. 1383. *Cromer L. 14.*

21. Wierzbosławska vno partu 36. pueros qui statim sunt mortui; edidit. Anno 1270. *Bielski L. 2.*

Ead: Lithvani Prussiam vastant A. 1356. *Murin.*

Cracoviæ 3. filij vno partu nascuntur. A. 1577.

22. Maximilianus competitor Regni Poloniæ, ab vna Partium; à Cracovia repressus; Biczynam tendit, An. 1588.

23. Monasterium S. Nicolai Ordinis Prædicatorum Gedani à Suatopełko Duce Pomeraniæ fundatur. A. 1227. *Miechow.*

24. Sigismundus 1mus in Regem Polon: Coronandus Rupellam visitat. A. 1507.

Ead: Maximilianus, Biczynam venit. A. 1588.

Ead: Crucigeri Lithvaniam vastant A. 1349. *Long.*

25. Ni-

25. Nicolaus Radivillus sub Ulla habitis cum Chodkiewicio 10000. Militum Moschorum Ducem Suiscium devincit, vbi 30000. Moschorum cæsa sunt. An. *1564. Guagu.*

Ead: Zamoyscius, cum Maximiliano præliatur, quem vincit, & captivat, paucissimis suis desideratis. An. *1588. Prasec.*

Ead: Thomas Strempitius in Episcopum Cracovien: consecratur; qui dum eligeretur, duo prodigia facta: Campana in Arcæ avulsa super parvo assere substitit & Conflagratio Plateæ Castrensis nec non Canonicalis. A. *1456. Starowol.*

Eadem Celebrantur Cracoviæ Comitia, & Statuitur Contribu-

tio publica, alias Pobor, per 6. grossos ex laneo. Anno 1518. *Bielski.*

Ead: Petrus in Episcopum Posnanien: eligitur. A. 1255. *Long.*

26. Stanislaus Małachowius, Palatinus Posanien: Pacta Generalia cum Porta Ottomanica concludit A. 1699.

Ead: Constantinus Ostrorogius, apud Olszánice, prope Kaniow 34000. Tartarorum prælio agdreditur, & profligat; vbi 24000. hostium cæsa & 80000. captivorum liberata sunt. Anno 1527. *Kotułow P. 2. L. 2.*

27. Byczyna Oppidum Silesiæ, in quo Maximilianus captus à Polonis, igne crematur. A. 1588. *Piasec.*

28. Po-

28. Poloni Milites Vielisiam Moschorum Vrbem iterum circumurunt, & pauci multos hostium occidunt. A. *1568. Guagu. T. 1.*

Ead: Joannes Lodźa, Episcopus Posnanien: moritur. *Longin.*

29. Tonat & fulgurat. Quod Caristiam annonæ & famem adeo vt homines præ fame morerentur portendit. *Anno 1571. Bielscius, L. 5.*

30. Stanislaus Koniecpolski, Tattaros ad Sina Wodá insigni Victoriâ domat. A. *1638. Piasecki.*

31. Joannes Casimirus, & Michael I. Reges Poloniæ, in Arce Cracovien: tumulantur. An: 1676.

Ead:

Ead: Legati Moſcorum venîunt ad Sigiſmundum III. R. P. petentes vt illis Vladislaum Imperatorem daret. A. *1610. Piaſec.*

Ead: Hoſpitale Caliſſij ante Portam Præmyslaus Dux Maioris Poloniæ, fundat, Anno *1283. Longin.*

Ead: Georgius Lubomirſcius, Heroum Maximus ad Matwy, & Częſtochowa Regij Victor Exercitûs. Moritur Vratislaviæ A. *1667. ex Manuſcrip.*

FEBRUARIUS.

I. CRucigeri Samogitiam vaſtant, Villis incenſis, ac innumera multitudine hominum cæsâ A. *1355. Miechow: L. 4.*

Ead: Sapiecha Svecos perſtringit

git. & acie pellit. An: 1657. Ko- iak: in Præf.

Ead: Sigiſmundus III. R. Pol: mortuus, Varſaviâ Cracoviam advectus, in Lobzow reponitur. An: 1633. Piaſec.

2 Poloni longè lateq; Prutenorum oras vaſtant. Anno 1261. Longin.

Ead: Joannes III. Scipio Polonus in Regem Coronatur. H. 2, m 20. P. M. Anno 1675.

Mokrſcius à Capitulo in Epiſcopum Cracovien: eligitur. An. 1367. Staroſwol.

Crucigeri Lithvanos devincunt, vbi 20000. Lithvanorum occiſa ſunt. An: 1346. Murin.

3 Ruſſi, Lithvani, Iazyges plurimi à paucis Polono-

rum

rum Copijs vincuntur vbi 8000. cæſa & 2000. hoſtium à Leſcone Nigro Regn: capta ſunt. A. 1280. *Miechow: L. 3.*

Ead: Sigiſmundus III. R. Pol: cum ſua Coniuge Conſtantia tumulantur in Arce Crac: A. 1633. *Piaſecki.*

Ead: Vladislaus IV. R. Polon: Electus, magnifico apparatu Cracoviam ingreditur. A. eod: *Idem.*

4. Helena, Alexandri Reg: Pol: Vxor, Cracoviam pompoſè ingreditur. An: 1502. *Cromer L. 30. Bielſki L 4.*

5. Vladislaus IV. Rex Polon: Electus, ante Coronationem Rupellam S. Stanislai viſitat A. 1633. *Piaſec.*

6. Præmyslaus II. R. Polon:

inter

inter Convivia Rogoznæ dolosè ab hoſtibus circumventus crudeliter occiditur A. *1295 L. 2.*

Ead: Pskowa, à Polonis obſidione ſolvitur An: *1582. L. 6*

Ead: Florianus Mokrſcius, Epiſcopus Crac: moritur. An: *1378.*

7. Vladislao IV. heri in Regem Pol: Coronato Status Civit: Crac: in medio foro fidelitatem iurant, vbi Equites Auratos creat. A *1633. Piaſ.* Eodem tempore in Comitijs ſequen: Gener: Coron: Vladisl: IV. Academia Crac: per Rectorem, protunc Naymanowicz in ſua Cauſa iuſto iudicio victrix triumphat, *Manuſcript: de quo vide & Piaſecium ibidem.*

8. Stephanus Bathoreus, R. Pol:

Pol: Electus Meggesij Pacta Conventa Iuramento comprobat, A. 1576. *Piasec.*

Ead: Joannes Muscata, Episcopus Crac: moritur An. *1320. Longin: Starow:*

9. Vislicia heri prodita, hodie direpta, fœde vastatur & desolatur. A. *1135. Miechow.*

Ead: Boguslaus Episcopus Posnan: moritur. A. *1253. Longin.*

10. Sigilli Regij fur, supplicijs medio in foro Cracoviæ afficitur. A. *1559. Bielsk: L. 5.*

Ead: Turris Claromontis ardet. A. *1564. Kordecki, Kochow.*

11 A Sede Apostolica Iudices delegati, inter Lokietek & Crucigeros litigantes ratione Pomeraniæ, sententiam ferunt

runt, Contra Cruciger os, pro Rege. *An. 1321. Longin.*

12. Casimirus Magnus, Rex Polo: Crucem Magnam, auream Ecclesiæ Cathedr: Cracov: donat. *An. 1369. Lon: L. 9.*

Ead: Vladislaus Iagielo baptizandus & in Regem Coronandus Cracoviam ingreditur, cum magno Ordinum applausu. *A. 1386. Bielscius L. 3. Long: L. 10.*

13. Vladislaus Princes Polon: per Florentiam iter facit. *An. 1625. Væssemberg.*

14. Tattari, ab Oppido Skarbimierz miraculose avertuntur. *An. 1241. Long. L. 7.*

Ead: Crucigeri Olivense Monasterum exurunt. *A. 1577. Muri.*

Ead: Vladislaus Iagello, M.

Dux

Dux Lithvaniæ Electus Rex Pol. per Bozętam Archiepiscopum Gnesnen: & Ioannem Episcopum Crac. in Ecclesia Cathedr. Crac: ritu Solenni baptizatur *An. 1386. Longin. L. 10.*

Ead: Vladislaus Lokietek fundat Monasterium in Rabzowa, in Diæcesi Vladislaviensi. *A. 1298. Longin.*

15. Moschorum Imperator, stricta cingens obsidione, Połocko, oppugnat & expugnat, vbi omnes trucidat, exceptis 600 Militibus. Polonis quos liberaliter donatos suis muneribus, & liberos dimittit. *A. 1563. Bielski L. 5,*

Ead: Rex Casimirus, lites componit, inter Episcopum Posnan: & Ma-

& Mazoviæ Ducem *A. 1358. Longin. L. 9.*

16. Tattari circumquaq; iacentes Poloniæ Oras populaturi, Cracoviam veniunt, *An. 1241. idem L. 7.*

17. Tattari ſub Koſz, in Vkraina vicos depopulantur. *An. 1699.*

18. Vladiſlaus Iagello, Rex Polon: inauguratur. *An. 1386. Longin. L. 10.*

Ead: Henricus Valeſius, R. P. Electus, cum magno apparatu, Cracoviam ingreditur, ipſo favente Cælo ſereno, auraq; calenti. *An. 1573. Bielſ. L. 6. Gagw.*

Ead: Crucigeri Monaſterium Olivenſe diruunt. *A. 1577. Murin*

Ead: Stephanus Batthoreus, Pala-

Palatinus Moldaviæ, postea Rex Pol: 30000. Turcarum trucidat. *An.* 1574. *Guagw.*

19. Sigiſmundus III. Rex Pol Vpſaliæ ab Archiepiſcopo, illius loci diverſæ Fidei homine, in Regem Sveciæ coronatur. *An.* 1594. *Piaſecki.*

20. Globus è ſummo Turris Præterianæ Crac: etſi noviter impoſitus vulgo Gałká, vento, non ſine omine deijcitur; caſus enim hic fuit nuntius mortis Regis Albrachti. *Anno* 1501. *Bielſki L.* 4.

21. Sigiſmundus Auguſtus in Regem Polon: cum fuerit puer 10. Annorum in pſentia 14. Palatinorum 18. Caſtellanorum 10. Epiſcoporum & Archiepiſcopi Gne-

pi Gnesnen: post occasum ferè Solis Coronatur. *An.* 1530. *Idem Lib:* 5.

Ead: Sechinus Moschus à Vladislao IV. ad Smolenskum eum obsidentis misericordiam petit. *An.* 1634. *Piasecki.*

Ead: Henricus Valesius, in Regem Polon: Coronatur. *A.* 1574. *Bielski L.* 6.

22. Poloni cum Valachis paciscuntur ad 6. Menses *An.* 1532. *Idem L.* 5.

Ead: Vladislaus Iagello, Częstochoviense Cænobium fundat. *An.* 1392. *Miechow.*

22. Joannes Basilides, Moschus, Połockam expugnat vbi 80000. captivorum duxit. *An.* 1562. *Guagn.*

Ead:

Ead: Sechinus Conditiones pacis à Vladislao oblatas acceptat. *An. 1634. Kobierz. Vassem.*

24. Derpatum Poloni Vi armorum recipiunt. *Anno 1582. Bielski L. 6.*

Ead: Sechinus Dux pacta comprobat Vladislao IV. *An. 1634. Piasec. Vassem: Kobierz.*

25. Legati Bajazetis, Turcarum Imperatoris, ad Albrachtum Regem, Cracoviam veniunt. *An. 1500. Bielski L. 5.*

Ead: Archiepiscopus Leopolien: in Ecclesia Cathedr: Crac: tumulatur. *An. 1677. Mauu.*

26. Joannes Casimirus postea Rex Pol: Castra Moschovitica Sechini lustrat, illiq; ejulantes cum lachrymis humiliter.

liter pacem petunt. *Anno 1634. Vassemb: p. 2. L. 1*

27. Vladislaus Lokietek, ex devicto ad Siewior heri Conrado Duce Masoviæ, triumphat. *An. 1290. Bielf. Crom. L. 10.*

28. Horrendus terræ motus Cracoviæ, ac per Universam Poloniam, quem Civilia bella, & incursiones hostium secutæ *Crom: L. 9. An. 1258.*

Ead: Joannes Resovius, Episcopus Cracovien: moritur. *An. 1488. Starowol.*

Ead: Cometes disparet, quem vix à sæculis audita fames secuta, cùm non tantùm Matres filios devorarent, sed etiam lupi hominibus non parcerent. *Anno 1314. Bielf. L. 2. Long. L. 8.*

29. Catharina Vxor 3tia Sigismundi Augusti moritur. *An.* 1571.

Martius.

1. SEchini Castrorum Milites, omnia armorum genera ad pedes Vladislai IV. prosternunt. *An.* 1634. *Kobierzic.*

2. Boleslaus Pudicus, Korczyni consilium agit cum Proceribus *An.* 1258. *Long. L.* 2.

Ead. Sigismundus Rex Polon. intrando Hungariam Tyrnaviam divertit. *An.* 1515. *Gwaguinus.*

Ead. Vladislaus ex Sechino triumphat. *An.* 1634. *Kobierzic. Vassemb. Petr: L.* 2.

3. Radomisliæ Comitia pro Rege eligendo celebrantur

tur. *Anno 1384. Matt. Miechow.*

Ead. Sigismundus Rex Polon. Tyrnaviæ ab Hungarorum Proceribus, honorificè susceptus, salutatur. *An. 1515. Gwaguin.*

Ead. Vladislaus IV. R. P. Victor, Moschorum Sechini castra subintrat. *An. 1634. Kobierz. Vasemb. L. 2. p. 2.*

4. Tartari ad Dubnam omnia populantur. *An. 1567. Bielscius L. 6.*

Ead. Joannis Casimirj R. P. Nuptiæ celebrantur cum Ludovica Gonzaga. *An. 1649. Kocho: Clim: 1.*

Ead. Jacobus Swinka, Archiepiscopus Gneznen: moritur. *A.* 1304. *Longin. Bielski.*

Ead. Samborij Commissio inchoa-

choatur. *An.* 1697. in causis cum Militibus Confœderatis.

5. Sigismundus Rex Pol: cum Vladislao R. Hungar: Posonij congrediuntur, mutuis se stringentes amplexibus. *An.* 1515. *Gwagn.*

Ead. Livius Polonus, Martinus Cromerus Episcopus Varmiensis, Historiæ Polonæ Scriptor celeberrimus, Vir suo sæculo dexteritate ingenij incomparabilis*, plenus dierum, fatis cedit. *Anno* 1581. *Piasecki.*

6. Poloni cum Tartaris fortiter pugnant ad Skowrodek. *An.* 1577. *Bielski L.* 6.

Ead. Cives Casimirienses, ob necem Słabosz Viri Nobilis, etsi per Decretum, quia tamen præcipi-

cipitanter & inordinatè factam, decollantur. *An.* 1520. *Idem L.* 5.

7. Hæc est dies, quam extulit ab alto, ruptis nubibus atris Gentilium errorum, affulgens tandem maiore sereno in Polo Sarmatiæ SOL IUSTITIæ, lumine Fidei diffuso collustrans ac in viam salutis dirigens eos, qui in tenebris & in vmbra mortis sederunt, in triumphum gloriæ suæ; & æternam confusionem Principis tenebrarum: hæc dies inquam auro Cedroq; notanda, quâ per Vniversum Poloniarum Regnum, omnia idola, cum tristi gemitu Erebi, ac ingenti eiulatu Stygiæ Prolis concutiuntur, franguntur, tolluntur; ne amplius colantur Dij Gentium Dæmonia

Dia. *Anno 967. Miechow: Bielski.*

8. Primus Historiæ Polonæ Annotator, Vincentius Kádłubek, Episcopus Cracoviensis Vir Sanctus, vitæq; Exemplaris Speculum tersissimum, factus Monachus in Cœnobio Ord: Cisterc: Andreoviæ, moritur. *An. 1223. Starowolſ.*

9. Gedimin Princeps Lithvanorum Saxoniam vastat. *An. 1237. Longin.*

Ead. Georgius Casimirus Dobinski Camerarius districtus *Prosovicensis*, in *Palatinatu* Cracoviensi moritur. *An.* 1679. Vir *Patriæ* natus, Magnorum suo sæculo ac eruditorum Virorum Delicium & amor, Familiæ singulare Decus & Corona, ex illo Do-

bin-

binſciorum in Palatinatu Lanci-
cienſi Nido aſſurgens, cuius Imo
Aquilæ Sarmaticæ Pullo, Nomen
illuſtre non fortuna caſusve tulit,
ſed fuſo pro Patria Sanguine,
Virtus heroica peperit, Protopa-
renteḿq; Familiam, Stemmate
Rolitarum inſignivit. Ille namq;
fortiſſimus Bellator (*vt extra in-
vidiam verum fatear*) furentem
Crucigerorum Martem in Ora
Lancicien: domuit, & rabiem
eius totaliter compeſcuit, reli-
quias Crucigerorum fugatorum,
dexteritate bellandi, cùm ſuſtu-
lerit, vt in applauſum Vernuleia
linguâ victori acclamatum, Do-
bił. Quod Heroicum facinus,
Princeps Lokutkus admiratus,
præmio Virtutem Coronavit,

 (*licet*

(*licet pro tunc impar merito fuit*) & vicum Plebanki aliquot passibus à loco pugnæ contulit, vbi paulo post, in acie erectus Pagus Dobnia, à facto Viri Nomen sumpsit, totaq; Domus posterorum, abinde scribi diciq; voluit. Illa, quæ sortem super hæc accepit bona. nam alter fratrum qui super Tarnow Oppido ad Lacum Gopło situm accepit sortem eadē Tarnoviorum à loco gaudet nomine. *Okolski Orb. Pol. p. 2.*

10. Magister Crucigerorum Albertus vltimus, in medio foro Cracoviæ deposito Magistri Ordinis Teutonici Pallio, Sigismundo Regi, fidelitatem & homagium iurat, vbi à Rege collatis

latis Insignibus, Dux Prussiæ investitur. *An.* 1524. *Bielski*, *L.* 5. *Koial. p.* 2. *L.* 7.

11. Stephanus Bathoreus R. Polon. Electus, prope Rigam consistit, pro sequenti die, pompa solenni Ingressum parans. *Anno* 1582.

12. Vladislaus Lokietek, Rex Pol: moritur. *A.* 1333. hic Rex fortunæ lusus erat nam ter regno pulsus tereidem restitutus.

Ead. Anna, Filia Ioannis III. Regis Polon. nascitur. *A.* 2676.

Ead. Cometes ardet *An.* 1362. postquem pestis, fames, ingens & bella secuta sunt. *Bielf L.* 2.

Ead. Demoratus Episcopus Posnan. moritur. *An.* 1320. *in Vit. Episc.*

13. Magnus contra Iudæos factus à Studiosis tumultus, occasione blasphemiæ & irrisionis Ecclesiasticæ Cerimoniæ in Processionibus publicis, ex quo multa mala & incommoda Vniversitati & Vrbi exorta; *A.* 1682. *ex Manuscrip.*

14. Fridericus Cardinalis & Primas Regni, Archiepiscopus Gnesnen: moritur. *An.* 1503. *Bielski L.* 5.

Ead. Grudzinski Comitia rumpit, ex quo plurimæ in Regem Conspirationes emerserunt. *Anno* 1572. *Manuscript.*

15. Vslaus Episcopus, quia Canonizationem D. Stanislai neglexerat, moritur; vnde post mortem Falislao Domi-

nicel.

nicello apparuit, ad radicem Montis Vavel, Pontificalibus se exuens indumentis & dicens: Ne mireris si Pontificalibus exspolior, & ingredi Ecclesiam metam retorquam, cum Annis 12. Pontifex huius Ecclesiæ fuerim, nunquam Canonizationem B. Stanislai promovendam curavi; & ne in hanc Muscipulã, Successor meus Prãdota cadat, Tu eum meo Nomine mone. *A. 1242. Len. L. 7.*

Ead. Moschus, Smolenscum obsidet, & proditione capit. *A.* 1514. *Koiałow.*

16. Eclipsis Solis 11. punctorum, in gr. Ariet: ante Occasum Solis, quam secuta est subditio & redditio Moldaviæ, Regno Polon: à Palatino *A. 1485.* *Biel: l. 4.*

17. Henricus Barbatus, Dux Sylesiæ, moritur. *Anno 1238. Longin, Miechow.*

Ead. Ioannes Doliwa, Episcopus Posnanien: moritur. *An.* 1335. *Longin. lib. 2.*

18. Conflictus Polonorum, cũ Tattaris, ad Oppidum Szydłow, vbi ingens clades Polonorum facta *An.* 1241. *Id: l. 7.*

19. Clades Hesterna Szydłovien: Poloniam totam, magno terrore concussit *Anno eodem Idem,*

20 Joãnes Muscata, sequenti die in Episcopum Cracovien: consecrandus, Episcopos alios salutat & honorificè tractat. *Anno* 1296. *Idem.*

21. Joannes Casimirus, Rex

post-

postea Poloni nascitur; quo tandem regnante, Res afflictæ Pol. in pessum eunt, & fata coniurata, tot malis labefactant imperium. *Anno.* 1609. *Piasecki.*

22. Wrzesczowius, Nobilis Polonus, sed Heterodoxæ Fidei, sacrilega manu cum Svecis aggreditur Clarum Montem *Anno* 1656. *Cordecius in Gigantomachi.*

23. Maximilianus Imperator Romanus ab Archiepiscopo Gnesnensi, Rex Poloniæ Nominatus, & stante scissa Republica Electus Viennæ Austriæ iurat Pacta Conventa suis partisantibus. *An.* 1576. *Piasec.*

24. Varsaviæ, in Meditullio Regni Poloniæ convoca-

tio

tio in hanc diem indicta inchoatur feliciter. *An.* 1676.

25. Boleslaus Filius Troidenis Ducis Masoviæ, per Successionem Dux Russiæ à suis Militibus veneno dolosè occiditur. *An.* 1340. *Bielscius.*

26. Vladislaus, Casimiri Regis Poloniæ Filius, in Regem Bochemiæ eligitur. *A.* 1471. eadem Stradomia ad Cracoviam sævo absumitur igne. *An.* 1473.

27. Vniversa Cracovia in perfidos Iudæos effusa tumultuatur, & vix non omnes enecati, eo quod nocte præterita Iudæi puerum Christianum excarnificarunt. & sanguine eius se vnxerunt. Item quod in Sacerdotem ad ægrotum Sacramen-

tum

rum Euchariſtiæ deferentem lapides injecerunt; recitante hoc ex Cathedra Magiſtro Budek ad Divam Barbaram quem iræ fervorem cum nemo reſtinguere poterat & ſedare, ideò ab hora diei ſexta turbulentum hoc in Iudæos duravit malũ vſq; ad Veſperum. *An. 1407. Miechouita lib. 4, Bielſki lib. 5. Ead.* magna pars Cracoviæ arſit *A. 1473.*

28. Georgius Racocius, Trãſſilvaniæ Princeps, triumphosè & Pompatice Cracoviam dum ingredi conatur, fulmine feritur in campo medio Strzelnica dicto ad equitantemq; eius Rhedæ armigerum poſternit & examinat, ipſe vero Ragotius ex afflatu obſurdeſcens dum è

cur-

curru in terram prosilijt adeò violenter ad terram allisus & concussus fuit vt pollicem dexteræ manus luxarét. sed occulta fatorum vi non occiditur. *An.* 1657. *Kochow. Clim.* 8. *lib.* 3.

Ead. post mortem Ludovici Hungari, Poloniæ & Hungariæ Regis sub tempus interregni tertio fit Convocatio pro eligendo Rege Siradiæ sed irritta *A.* 1382. *Longinus lib.* 7.

20. Alexander Papa in Boleslaum sævum tanquam in hostem Ecclesiæ, qui Episcopum & aliquos Canonicos in carcere detinebat sententiam fert & mandatum subscribit. *A.* 1256. *Longinus lib.* 7.

30. Paulus primus Episcopus

Posna-

Posnaniensis moritur. *Anno 1256.* *Longinus lib, 7.*

31. Joannes Casimirus, Rex Poloniæ afflictum cernens Regnum illud Beatissimæ dedicando Leopoli votum facit. *A. 1565. Cor. in sua Gigan.*

Ead. Cracoviæ, centum Lapideæ igne absumuntur noctu non procul à Porta S. Nicolai. *Anno 1475. Bielscius lib. 4.*

Ead. Bernardus Maciciovius Cardinalis, Episcopus Cracoviensis, à Sede Apostolica recepto Palio Primitialem Cathedram ingreditur. *Anno 1607. Starowol. in Vita Episcop.*

APRILIS.

1. SIgismundus *Primus*, Rex Polo-

Poloniæ a nullis vnquam hostibus victus qui 26. vicibus (exceptis alijs hostibus) solos scythas prospere vicerit, ab implacabilibus vincitur Parcis. *Anno 1548. Bielscius. lib. 5.*

2. Casus rarus, magis quàm mirabilis, ac inter prodigia ostenti loco acceptus. Duæ Aquilæ (Polonis semper felicia omina) aperta in planicie convolantes. prior à Mari advolavit Caroli Sveci R. typus. ab Oriente altera Casimirum referens, supervenit: clangentes invicem, & infesto volatu non amicum congressum monstrantes; dein pennis per aëra circumactæ mutuo alarum impulsu collidebant, vnguibus plumas vellebant, rostro artus lace-

lacerabant, quoad inter se implicitæ in terram provolverentur. Neq; mitiùs in terra aëris incolæ egêre, pertinaci odio vterq; sibi exitiũ intentando. Succumbebat vna strictissimè prioris vngvibus pressa, cum frequentes tunc per arua, seminibus solo, mandatis aggrestes, à spectaculo in auxilium versi, non aliter victam liberavêre, nisi contentiosam pugnam dirimendo, alitum alteram fuste contudissent. Colore plumarum erant cinericio, albicantibus alis, rostro & vnguibus crassioribus, eo loci vix alites cognitæ aves. Quæ victam se confessa, viva capitur; superior certamine occisâ, Gedanum deportatâ, spectaculum

præ-

præbuit, imò præsagium; dum otiosa ingenia fortuita in omen futurorum trahunt. *Koch, Cl. l. 1.*

3. Tartaria Gens primò occupantes Cracoviam excepto D. Andreæ Monasterio quod expugnare non poterant, postquàm vicinas devastaverint Oris exurunt. *An. 1241. Longin. lib. 7.*

4. Erlichauzen Magister Crucigerorum, qui erat per 17 annos in Magistratu, moritur, cum quo etiam Mars *Prutenicus*, per 150. annos in *Poloniam* furens, mortuus est: hoc enim fatis cedente, Vires Crucigerorum contra *Polonos* defecêre. *An. 1467. Murin. & alij.*

5. Casimirus Iustus, Princeps, sive supremus Monarcha

Polo.

Polon: dubitans de animæ immortalitate in discursu, post exhaustum vix non aliter quàm Alexander M. Herculis poculum, expirat subitò, & experitur non amplius dubitaturus animam immortalem esse *A. 1194. Biel. l. 2.*

Ead: Fulco, Archiepiscopus Gnezn: moritur. *A. 1258. Longin. Miechow.*

6. Crucigeri Lithvanos fraude & dolo circumveniunt & imparatos profligant. *A. 1311. Murin.*

Ead: Casimirus Magnus, consensum præbente pro tunc Urbano Summo Pontifice Archiepiscopatum Leopolitanum, in Medutllio Russiæ Nigræ seu Me-

lanchleniæ * Hellopoli * ſimul & Univerſitatem Cracovienſem fundare incipit. *An. 1361. Bielſki lib. 2.*

Ead: Gompo Italus, in Archiepiſcopum Cracovienſem Metropolitanum Conſecratur. *An. 1023. Starowol.*

Ead: Hoſpitale de Prądnik, transfertur Cracoviam. *An. 1244. Miechow, lib. 3.*

7. Boleslaus pius, Dux Caliſien: moritur. *Anno 1279. Longin. L. 8.*

Ead: Henrici Valeſij, Electio in Regem Polon: incipit. *Anno 1573. Bielſki L. 6. Gwagu.*

Eadem Georgius Albrachtus

* *Herodot:* * *Fertucalus in Orat: ad Henr: Valeſ.*

Den:

Denhoff, Episcopus Metropolitanæ Ecclesiæ Cracov. nunc feliciter præsidens, secundum Paneg. Arcemb: nascitur, *An.* 1640. *etsi alij tradunt 24ta præsentis, Anno eodem.*

8. Henricus D. Hedvigis Principissæ Legnicensis filius, Dux Militiæ contra Tartaros, in Campo Legnicen: consistentes, cras in aciem progressurus dum se disponit, lapis eggredientem de vertice Ecclesiæ decidens, iuxta Caput eius prolabitur, & vix non occidit, futuræ cladis funestus index. *An.* 1241. *Longin. lib.* 7. *Bielski lib.* 2.

9. Memoranda sæculis Christianorum, magis, quàm olim ad Cannas Romanorum

clades

clades, non vi armorum & dexteritate bellandi sed Magicis in Campo malè dicto *bonus* vbi dictus Henricus, & Crucigerorum Supremus Magister ac plurimi Duces extranei cum suo exercitu deleti, tantaq; multitudo cæsorũ fuit, vt 9. saccos magnos auribus impleverint. Tartari, vnam tantùm Aurem ab vno capite abscindentes. Duces verò Tartarorum vnus Peto, & altero Káydany, Arcano Dei iudici Vocabantur. *An. 1241. Longin. lib. 7. Bielski lib. 2.*

IO. Nankierus Silesius Episcopus Cracov: moritur. *Anno. 1341. Starow.*

II. Robertus Episcopus Crac: fatis cedit. *A. 1124. Idem.*

12. Margeburgum. 476000. floren: summâ à Nostris emitur. *An.* 1457. *Bielski lib.* 4.

Ead. Nix portentosa circa Lublinum. *An.* 1566.

Ead: Padnievius, Episcopus Crac: moritur. *An.* 1572. *Starow.*

13. Rebellium Gedanensium Contumacia ægrè armis à Stephano Bathoreo lacessitur & magis per receptionem Castri Grzebien, irritatur. *Anno* 1577. *Gwagin.*

Ead. Borys Moschorum Imperator, moritur. *A.* 1605. *Piasec.*

14. Tattari, post obtentam ad Legniciam Victoriam, Silesiam longè latèq; Vastant. *An.* 1241. *Long. Crom.*

15. Antiqua in Vrbe Stragon

 nunc

nunc Posnania dicta, fulmen, turrim Ecclesiæ feriendo, effigies Præmysli & Rixæ Reginæ, occulto confringit & destruit fato *An.* 1371. *Cromer.*

16. Swantopełkus Dux Russiæ, Boleslai Krywousty facer moritur, Kiiowiæ tumulatur. *A.* 1112. *Idem.*

Eadem Gedanenses rebelles, contra Bathoreum exeunt ex Vrbe. *An.* 1577. *Gwagn.*

17. Reges & Principes Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Brandeburgicus, Archiepiscopus Gnesnensis, Episcopus Cracov: dum in Lewocij vlturi necem Patrui sui Vladislai ad Varnam, consultant, fingentes se Consilio nihil statuisse,

cum

cum ſemotis arbitris agerent, tamen Ottomanica porta, ſecreta eorum vbi ſuboleverit decreta, Legatum Cracoviam protinus expedit, & pacta Pacis confirmari petit, quod obtinet *An.* 1494. *Bielſki.*

Ead. Infelix rebellium Gedanenſium auſus contra Regem Poloniæ, ad lacum Libuſzowa à Stephano Bathoreo, ſupprimitur: licet enim illi 14000. numerabant; & Zborowius Ductor Militiæ Polonæ, 2077. attamen Divina adiutus potentia, in qua ſpem Victoriæ poſuerat, 58. tantum ſuis amiſſis, 130. vulneratis, in Acie 4427. proſternit & diſperſos, villani & plebs promiſcua paſſimoccidebant, adeò vt non

Solum quilibet vnus Miles Polonus 10. Germanos occidere deberet, sed etiam & fæminæ protunc ex Germanis triumphum egerant, cum vna visa est duos sese vltro præ timore tradentes vinxisse. Cum verò neq; illa vincula, quæ secum ad vinciendos Polonos attulerant, suffecissent etiam cingulos tradebant, vt vincti tantummodo vitâ donarentur, Post hanc cædem, cuius imus transfuga in Vrbé nuntius extitit Carnifex fuit. Viduæ 600. insigniores, Matres innumeræ, clamabant eiulantes & frementes in Ducem milit: Germ: vsq; de Saxonia grandi pecunia conductum, Virum aliàs Bellatorem Maximum Colonellum, vt olim

Augu-

Augustus Romæ, Varre redde mihi Legiones. Illæ, redde nobis maritos, hæ redde nobis filios &c. *An. 157. Bieski lib. 6. Gw: T. 1.*

18 Stephanus Bathoreus de Mogilensi Monasterio, 600. Equitibus & 1000. peditibus stipatus, Cracoviam Coronandus ingredrtur. *Anno 1576. Bielski L. 6.*

19. Poloni, Valachi, Ungari Vnionem armorum contra Turcam, mutua auxilia, sibi invicem pactis iurarunt. *A. 1499. Miechow. lib. 4.*

26. Ecclesia Cathedralis Metropolitana Cracoviensis dedicatur. *An. 1118.*

Ead. Fridericus Poloniarum Princeps, in Episcopum Cracov:

Electus, Sacros suscipit Ordines *Anno 1488. Starow.*

Ead. Joannes Albrachtus Rex Pol: Cracoviâ Torunium discedit ibiq; apoplexia moritur. *A. 1501. ex Manuscr.*

21. Sigismundus Augustus, R. Polon: Cracoviæ Nuptias celebrat. *An. 1545.*

22. Legatus Hungaricus Episcopus Varadinen: postquam cum *Polonis* nudius tertiùs, pacta clauserit, Cracoviâ abit. *An.* 1471. *Miechow. lib. 4.*

23. Legati, Iwan Moschoviæ Ducis, venientes Cracoviam, vnionem contra Turcam paciscuntur. *Anno* 1499. *Miech. Lib. 4.*

Ead. Boleslaus Calisiensium Dux

Dux Castrum Drzdzen, hodie inceptum cum omni munitione intra 8. dies perficit. *Anno* 1270. *Longin.*

Ead. Cruciger Ecclesiam Vladislaviensem spoliant & exurunt. *An.* 1327. *Longin.*

Ead. pro eligendo Rege incipit Convocatio, feliciterq; eligitur Vladislaus Lokietek, *Anno* 1296. *Bielski lib.* 4.

Ead. Nix magna decidit, quæ dum per 5. dies duraverit vltra spem omnium, magnam frugum fecit abundantiam *A.* 1334. *Mur.*

24 Jn Italia repentino motu concussa 70 Oppida cum habitatoribus terra absorpsit *An.* 1279. *Longin.*

Ead. Boleslaus Mazoviæ Dux moritur. *An.* 1313.

25. Caſimirus Magnus Lokietkonis Filius in Regem ab Archiepiſcopo Gneznen: Ianislao, vngitur Coronatur. *A.* 1333. *Bielſcius lib.* 4.

26. Mniſzkowna Polona, Demetrij Ducis Moſchoviæ Sponſa, Pompâ Magnâ in Moſcuam introducitur. *A.* 1606. *Petricius.*

27. Fridericus, Princeps Poloniæ, naſcitur. *A.* 1468. *Bielſki.*

28. Tattari Perecopenſes, Regni Poloniæ feudatarij, quorum erant. 24000. irrumpentes in Poloniam, 16000. captivorum abducunt, ſed ad Wiśniowiec, à Szydłowiecio, cuius Vniverſæ copiæ,

tan-

tantùm 6000. constabant, ingenti strage profligantur, præda spoliantur, ac ipsos Tattaricos equos cum bisontibus plusquam 10000. nostri cæperunt. *An.* 1512. *Bielski lib.* 5. *Kotal: P.* 2. *lib.* 7.

29. Moscuæ, Demetrius solennes celebrat Nuptias cum Mniszkowna, usq; ad 16. Maij. *Anno* 1606. *Petricius.*

30. Exul fortunatus, Sigismundus III. Rex Polon: & Sveciæ, de mortalium hac exulat vita. *An.* 1632. *Piasecki.*

Ead: Casimirus Magnus, Rex & Legislator Polonus nascitur. *An.* 1310. *Miechow.*

Ead. Martinus Szyszkowski, Episcopus Crac: moritur. *A.* 1630. *Starowolski.*

MAIUS.

1. ZBigneus Olesnicius, Cardinalis & Episcopus Crac: Marte & Arte clarus, qui Regem in illo memorabili prælio cum Crucigeris ad Grunewałdum, hasta etsi fracta protunc ipse miles & heros magnanimus ab ictu irruentis hostis salvaverat, moritur. *A. 1455. Stárowol.*

Ead. Borzywovis à Capitulo in Archiepiscopum Gnesnensem eligitur. *A. 1304. Long.*

2 Stephanus Palatinus Valachiæ cum Tartaris Russiam populabundus à Kanczuga Oppido vsq; ad Visłokam fluvium, omnes pagos & Oppida devastat, Præmysliam Radymno, Przeworsko, Lancut, &c. exurit, hac

hac vice 100000. captivorum Tattari abduxere, & captivis, Tattariam Thraciam Macedoniam, Græciam, Asiam impleverat pecorumq; innumerabilem multitudinem abegêre, occisorum innumerabilia millia per vias præcipuè senum & parvulorum. *An: 1498. Bielski lib: 4.*

Ead. Boleslaus audax, Victor Russorum Kiioviam dum ingreditur, postem aureæ Portæ gladio ferit. *An: 1068. Miechi lib: 2.*

Ead. Noctis breve sidus Michael Korybuth, in Regem Poloniæ Varsaviæ eligitur.

Ead: Milites suæ Confœderationis vincula solvunt. *A. 1697.*

3. Pax alta ab Aquilone venit, nimirum Sueci cum Polo-

nis in Monasterio Olivensi, felici concludũt omine. pacta *A. 1660. Kochow: Cl. 2.*

Ead. Alexander, Rex Polon: Cracoviâ, abit in Lithvaniam. *Anno. 1502.*

4. Sarmatiæ Magnus Cyneas Illustrissimus Lesczynius, apud Otthomanicam Portam suæ Legationis fungitur muner. *1700.*

Ead. B. Michael Gedroycius, Dux Lithvaniæ, in Monasterio Canonic: Regulár: de Pænit: Sanctam cum exegerit vitam, ad Nuptias Agni Cælestis abit. *A. 1485. Miechow.*

Ead. Miaskowius Comitia nefasto disrumpit omine, quo tria væ, super Lechiæ venêre Regnum, nimirum Ordinum & Regis

gis Collisio, Exercitus magna Clades & Provinciarum per rapinas & devastationem magna calamitas. *A. 1666. Koch: Cl: 3.*

5. Jnauditus in Polonia terræmotus vehemens meridiano tempore excitatus multa ædificia conquassans propè modo prodigi modo habetur. *Miechow.* Futurum omen captivitatis Constantinopolitanæ quam Galli cum Venetis cæpere pulso inde Alexio Imperatore, qui Haliciam vsq; fugerat. *An. 1200. Crom: lib: 7.*

Ead: Quidam latro Safraniecius dictus, Mercatores Cracovienses in via publica enecando trucidat. *Cromer, Biels: & alij lib. 4.*

6. Sophia & Elisabeth Regina Poloniæ nascitur. A. 1464. *Biels: lib: 4.*

7. Siemovitus tempore interregni post Ludovicum Vngarum scissa manente Rep: ab Archiepiscopo electus Rex cum ingredi Cracoviam permissus non est, apud S. Florianum in Praepositura consistit quia Dux Masoviae erat. *Longin. lib. 10.*

Ead: Lublinum cum multis hominibus arsit. An. 1574.

8. Sanctus Stanislaus à Boleslao audace nefandissimè in Rupella in septuaginta partes & duas discinditur, cuius Beatum Corpus devorandum avibus caeli per montes dissicitur sed ipso protegente Caelo Corpus Beati à quatuor vulturibus custoditum & comportatum in vnum coalescens excepto digitto qui in pi-

sce.

ſce monſtrante cælo repertus totum Beati Corpus reintegratū. Tantum ſcelus nemo niſi Rex patrare poterat, cum enim iuſſerat ſatellitium ſuum ingredi ipſe foris ſtans & ſacrum Antiſtitem̄ extrahere ipſi; ingreſſi tangere Eum volentes retrorſum abierunt & in terram ceciderunt provolutiq́; exierunt his obiurgatis Rex plures iubet ingredi ad patrandum ſcelus in Sanctum Dei ſed hi magno caſu retrorſum ceciderunt & reptantes manibus pedibuſq́; de Eccleſia ſunt evoluti. Adiecit excæcata mens tertium̄ introitum repetere cum ſtomachatione ac maledictione inquit degeneres non milites fæminæ non viri non poteſtis vnum Sa-

cerdo-

cerdotem de Ecclesia protrahere meas graves iniurias in eo vlturi; ipsi vero obiurgati audacius ingressi corruunt ac fortiùs quàm prius retrorsum abierunt, & ipsis exeuntibus Rex non credens narratis rapto gladio & exerto furiosus Ecclesiam intrat, Sacrificantem Præsulem in caput Gladio percutit. dirupit & prosternit, sanguinem eius cum sacrificio, altaris commiscendo ô scelus inauditum! ô mentem excæcatam in Sanctum furere virum qui virtute Dei triennalem suscitaverat Petrovinum. A. 1079. *Miech: l: 2.*

Ead. Casimirus Rex Cracoviæ Comitia Procerum facit in quibus Regem Ludovicum Successorem suum declarat. An: 1334. *Bielski lib: 2.*

Ead: Legati Polonorum Hedvigim filiam Hungariæ Regis à matre ſibi mitti petunt. A. 1384. *Longin. lib: 10.*

Ead: Cracovia & Arx cum damno ingenti ardent. Anno 1306. *Bielſki lib: 2.*

Ead: Cometes index futuræ peſtis in homines & animalia ardet. Anno 1492.

9. Henricus Valeſius, Princeps Galliæ, vnanimi omnium conſenſu & nemine contradicente cum ſummo omnium plauſu in Regem Poloniæ eligitur. An: 1573. *Bieſ: lib: 6.*

Ead: Petrus, Epiſcopus Poſnanienſis, ex apoplexia moritur. Anno 1254.

Ead: Eliſabeth Regis Poloniæ, Filia

Filia nascitur. Anno 1465.

Ead: Cracovia & Clepardia horrendissime arsit. A. 1528.

10. Demetrius cum Suiscio Moscho cruento congrediuntur prælio apud Bolchum. An: 1608. *Petricius*, *Vassemberg: Kobierz: Piasec.*

Ead: Proceres Poloni ad salutandam Elisabetham Reginam Hungariæ, cum eius Hedvigi Filia [quæ postea erat Iagellonis Consors] Sandeciam conveniunt An. 1382. *Longin: lib:* 10.

Ead. Ludovica Gonzaga', Regina Poloniæ; tempore Comitiorum Varsaviæ moritur. A. 1667.

11. Demetrius, Suiscianum exercitum devincit & fugat. A. 1608. *Piasec.*

Ead.

Ead. Confæderatio militum cessat. A. 1697.

12. Augustus Secundus, Rex Poloniæ felicissimè nobis regnans nascitur. A. 1670.

Ead. Orator Turcicus, Varsaviam pro comitijs electionis venit, & pro Henrico Valesio nomine sui Domini intercedit. An. 1578.

Ead. Romanus Sangusko rarissimum gloriæ militaris exemplar moritur. A. 1571. *Biel. lib: 5.*

Ead. Electio Regis post discessum Henrici Valesij incipit. An. 1575. *Biel. lib: 5.*

13. Legati Turcarum Imperatoris cùm pacti fuerunt cũ Polonis ad tres Annos Cracoviâ abeunt. A. 1493. *Crom: li: 30:*

Ead.

Ead. Elisabeth, Vxor Regis Poloniæ nascitur. An. 1472.

Ead Prochnicki, Archiepiscopus Leopolien: moritur.

14. Poloni in Campo Electorali Henrico Valesio Regi electo pacta conscribunt. An. 1573. *Bielſ.*

15. Bolochovia Moschoviæ à Polonis expugnata in nomen Demetrij iurat. An. 1608.

Ead. Aaron, septimus vltimus Archiepiscopus Cracoviensis moritur. An. 1046. *Starowolſcius.*

16. Sigismundus Tertius Varsaviâ in Sveciam tendit in Regem Sveciæ Coronandus. An. 1584. *Piaſec.*

Ead Poloni cum Demetrio, splendidissimè convivantur Moscuæ. A. 1606. *Petr.*

Ead.

Ead. Ioannes Tarnovius, ſuo ſæculo Vir Maximus, Senatûs Princeps qui cum Paucis cohortibus ſuis tredecem Turcarũ millia profligaverat qui Petrum Palatinum ad Guozdevam primo cum ſex millibus deinde ad Obertinum cum viginti duobus millibus ſuorum devicerit à ſæva devincitur morte. *Biel. lib: 3tio.*

17. Turcarum Orator in facie totius Reipublicæ legationis ſuæ munus exequitur, electionis tempore An. 1573. *Bielſki lib: 6:*

Ead: Demetrius Moſchorum Imperator, à ſuis conſpiratis dolosè occiditur. A. 1606. *Petric.*

Ead: Venceſlaus Maſoviæ Dux extremam claudit diem. A. 1331. *Longin.*

18. Fo-

18. Fodina, Sarmaticarum Mineralium Ilcusium funditus conflagrat, An. 1554.

19. Regum fortunatissimus, Vladislaus IV. Rex Poloniæ cui nec semel vinci contigit inter vivos esse desiit Hora 14. post meridiem. Cum quo etiam Felicitas Sarmatici Regni expiravit pax exulavit, & omnia mala post mortẽ eius in Regem conspirarunt. A. 1648. *Koch: Cl: 1. l. 1.*

Ead. Grando vt ova gallinacea & portentosi fulminum ictus per totam fermè Poloniam debacchatur. An. 1505. *Crom: lib: 30.*

20. Janusius Præpositus Gnesnensis, in Archiepiscopum eligitur. *Ead:* portentosum Illustrissimis Capitibus Sydus Cometes

metes in Capro ardet quem Ioannis Alberti mors Tartarorum incursio annonæ caristia & alia secuta sunt mala. An. 1500.

21. Joannes Tertius Magnus dici meritus terror Barbaricæ gentis in Regem Poloniæ eligitur Varsavia nemine contradicente Hora quarta Min: 30 post Meridiem An. 1674.

22. Divæ Annæ Templi Cracoviæ fundamentum Joanne Małachovio, Episcopo Cracoviensi, & in præsentia Peraugusti Capituli hac die sæculis notanda Solêniter jacitur. An. 1689.

23. Stephanus Batori, Cracoviam sepeliendus deducitur. An. 1588: *Piasec.*

24. Ictu fulminis Cruciæ

Cra-

Cracoviensis Turris cum campanis duobus horologij & tertia Curiali, Hora Septima post meridiem comburitur. | Anno 1680. quod infallibile signum furoris Othomanici in Chistianitatem fuit.

25. Peraugustũ Boleslai Pudici, opus Basilica Sancti Francisci Cracoviæ, prodigioso feritur fulmine. Anno 1576. *Paproc: Biel.*

Ead. Arianorum Fâna à Studiosis Cracoviæ devastata comburuntur. An: 1541. *Piasec.*

Ead: Commissio ad examen miraculorum Sancti Stanislai ab Innocentio Pontificè subscribitur An: 1250. *Longin: lib: 8.*

Ead. Comitia Regni incipit. Anno 1455. 26. Cli-

26. Clipeus & Turris perelegans altiſſima S. Franciſci, ſua ſponte decidit. A. *1465.*

Ead. Caliſienſes, contra Saxones & Brandeburgicos conſpirationem & confederationem faciunt. A. *1272. Longin: lib: 4.*

27. Poloni præda Moſchovitica onuſti quam populati ſunt ovabundi redeunt. Anno *1568. Piaſecius.*

28. Anna, Caſimiri Regis Vxor, Filia Gedimini Lithvani: à Nankiero Epiſcopo Cracovien: baptizatur, & Matrimonio Caſimiro iungitur. A. *1325.*

Ead. Peſtis Lutheranicæ Sectæ à quodam Megnate in Lithvania inſtauratur.

29. Joannes Długoſ, Cano-

nicus Cracoviensis, Nominatus Archiepiscopus Leopol: Historicorum Polonorum præstantissimus Cracoviæ moritur A. 1480. *Miechovius;*

Ead. Principes & Duces Silesiæ, Matthiæ Hungariæ Regi iurant fidelitatem. A 1469.

Ead. Boleslaus Pudicus, Krzyzanoviecense Monasterium fundat. An. 1254. *Longin.*

30. Stephanus Bathoreus, Transylvaniæ Princeps, à Stanislao Krankovio, in Thronum Sarmaticum per Coronationem Cracoviæ celebratam, sublevatur. A. 1576. *Gwagn: T. 1.*

Ead. Suo sæculo magnus Senator, Martinus Szyszkovius, Episcopus Crac: post quam 14. An-

nis Ecclesiæ Cracov: præfuerit, 76. Annorum senex moritur. A. 1630. *Starowol.*

31. Vladislaus Iagello, Regum Poloniæ gloria, Gelonum seu Lithvanorum Apostolus, Serenissimus Lumine Fidei Phæbus, Orbem Hyperboreum irradians; Almæ Vniversitatis Cracoviensis eiusdemq; Musarum Protoparens, heu funestum diem! quo fatali, occasu extinguitur, designante id Comete 3 Menses ardente. An. 1434. *Gwagn. lib. 1. Starow. Bielski.*

Ead. Sigismundus III. Rex Polon: Solenni pompa, Cracoviæ, cum Anna Austriaca Nuptias celebrat. An. 1592 *Piasecki.*

Ead: Paluka Episcop: Posnan:

moritur. An: 1550. *in Vit: Episc.*

Junius.

1. MAgister Bruno, ad flumẽ Kredyra, Lithvanos Livoniam vastantes 1500. ex ipsis occisis, reliquos in fugam egit, & de suis 30000. per illos capta & coniecta vinculis in libertatem vendicat A. 1277. *Lon: l. 8.*

2. Tattari Poloniam populantur. An: 1140.

Ead. Tattari Sandomiriam fæde vastant, post Annos 18. à priori Vastatione. A. 1259. *Long.*

Ead. Cruciferi Sambiensem Oram vastant. An. 1311.

Ead. Boleslaus Pudicus, perduellem Opoliensem Ducem devincit ad Boegin. *An. 1263.*

Ead.

Ead: Ad Zołte Wody 5000. Polonorum dum 50000. hostium, per 14. dies continuum conflictum sustinerent, tandem fracti dolo ab hoste in prædam cum ipsis etiam ducibus nimirum Kalinovio & Potocio cesserunt. *An. 1648. Piasec.*

3. Magnus Polonæ Libertatis assertor, Ioannes Zamoyski, moritur. *Anno 1605.*

Ead. Vladislaus IV. Rex Pol: Sarbievio, aureum annulum dat sua manu detractum in publica promotione Vilnæ.

4. Smolenscum, arte & Heroica Industria Novodworscij expugnatum, in manus Polonorum venit, Cuius muri 8. cubitis crassi alti 15. ex secto la-

pide, ac alijs 20. in altum coctis lateribus, vnde altitudo tota 35. vbi in expugnatione 8000. In Obsidione verò 200000. Moschorum sunt cæsa *An. 1611. Piasec.*

Eod. Præmyslaus Dux Posnan: Ottonis Maioris Poloniæ Ducis, filius moritur. *An. 1256.*

5. Monstrum Cracoviæ, apud Iudæos nascitur, quod signum erat magnæ cladis Iudæorum, quorum sequenti Anno plurimi sunt occisi Casimiriæ. *Anno 1499.*

6. Grandis terræ motus, in Ungaria, Polonia, Bohemia quem ingens clades Varnensis secuta cum Vladislao ad Var- *Anno 1443. Miechow: lib: 4.*

Polo-

Ead. Falcovius Episcopus Cracovien: moritur. *An.* 1498.

7. Casimirus, Rex Poloniæ moritur *An.* 1493.

8. Noctu arx Cracovien: conflagrat. *An.* 1505. *Piasec.*

Ead. Cometes disparet. *Anno* 1500.

Ead. Vladislaus Princeps peregre proficiscens Vratislaviam venit. *An:* 1624. *Vassembr.*

Ead. Boguslaus de Czyrnelin, de Domo Rosa, in Episcopum Posnanien: eligitur. *An.* 1254.

Ead. Vladislaus, iter facit per Vratislaviam. *An.* 1624.

9. Vladislaus IV. Rex verê fortunatus nascitur. *Anno* 1545. *Vassemb.*

Ead. in Sole apparitiones portentosæ visæ sunt. *An.* 1654. nunciantes adventum Svecorum. *Kordecius.*

10. Joannes Casimirus Rex Polon: ope & dexteritate Czarnecij, pervenit Częstochoviam, tempore Svetici belli. *An:* 1651. *Kochow.*

11. Cracoviæ in Arenis, Sacerdos ad Altare, ab insanæ mentis homine vulneratur. *Anno* 1588.

Ead. Apud Troiden flumen conflictus Lithvan: cum Polonis vbi 5000. liberata sunt. *Murin.*

12. Joannis Zamoyscij nuptiæ celebrantur, inquibus multa sunt edita spectacula, ibidemq; magnus concursus Proce-

rum

rum Regni. *An. 1583. Bielski. l. 6.*

Eadem Stephanus Bathoreus, postquam 30. Iunij Cracoviæ Comitia finiverit, pompaticè Varsaviam ingreditur, post cuius ingressum magnus inter Hungaros & Polonos exortus tumultus magno dolore & suspicione Regem affecerat. *Bielscius lib. 6.*

13 Moschi diuturno, bello à Polonis vexati & afflicti precibus tandem aliquando Vladislaum IV. flexerunt vt cum illis Pacta Generalia concluderet qui dum etiam à Turca ex alia parte infestatur, subordinationibus Moschorum, ad rivum Polanowka inter Viasma & Drochowisum, concludit. *An. 1634 Vassemberg. Piasec.*

Ead. Barbara, Casimiri Regis Polon: filia, nascitur. *An.* 1478.

Ead. Cracoviæ, Platea S. Floriani arsit. *An.* 1678.

14 Calissienses, & Posnanienses Castrum Olobok oppugnant. *Longin: lib.* 8.

Ead. Zophia, Elisabeth Reginæ filia baptizatur, *An.* 1462.

Ead. Bozeta, Episcopus Cracovien: Decimas, manipulares ad aliquot Annos vendit Lublinensibus idq; diplomate confirmat. *An.* 1359. *Longin: lib:* 10.

15. Bozeta, Archiepiscopus Gnesnensis in Conventu Siradiensi pronuntiat; Ducem Mazoviæ Semovitum Regem Poloniæ, alijs contradicentibus. *An.* 1383. *Longin. lib.* 3.

Ead.

Ead. Ad Chodow pagum 500. Poloni inter ſepimenta 70000. Tartarorum à mane uſq; ad Veſperas ſuſtinentes vltra decem ſuis non amiſſis, multa millia hoſtium in acie poſuêre ac adeo hoſtis turpiter & ignominioſe repulſus eſt. *ex trad: An.* 1694.

Ead. Eliſabeth, Sigiſmundi Auguſti Conſors, moritur. *A.* 1545.

16. Petrus Gamratus Epiſcopus Cracovien. & Archiepiſcopus Gneſnen: vt malis moribus ſuis in famis; ita liberalitate humanitate, & eleemoſynis maxime inſignis raro exemplo, & fere prodigioſo poſtquam ante 6. Menſes à Iuvene mortuo, mores & acta ſua, in Vivis noſcente admonitus fuerit ex carbun-

culi affectione mortuus est. *An.* 1545. *Starow.*

Ead. Otto, Culmensis Episcopus fatis cedit. *An.* 1349.

17. Fulmen Orientis Orbis Sarmatici Atlas Ioannes III. funesto mortis casu labitur. Varsaviæ. *An.* 1696.

Ead. Ioannes Albertus, Rex Pol: Vratislaviæ ex apoplexia fatis è vivis sublatus præcedentibus signis, Comete & alijs.

18. Henricus Valesius, Rex Polon postquã 7. Menses Regno & Reipublicæ præfuerit, cum sui Nominis ignominia, nec cum minore Reipublicæ confusione, & dolore Civium ex Arce Cracov: sub altum noctis conticinium, hora eius 2da, velox

equis

equis aufugit *An. 1574. Gwagn:* *Bielſki.*

Ead. Ruthenici Exercitus Dux Swarno, cum magno Ruthenorum & Tattarorum Exercitu, in loco qui *Pietha* dicitur occurrit caſtris Polonorum, caſtraq; ſua non longè à caſtris Polonorum cùm poſuerit, exercitum Polonorum ſpeculatur, mox dimicaturus. *An. 1266. Longin. lib. 7.*

Ead. Ioannes Groth, in Epiſcopum Cracovienſem, per Ianislaum Archiepiſcopum Gneſnenſem Conſecratur. *Anno 1328. Starow.*

19. Felix Polonis Dies, quo vincere ſemper nunquam vinci contigit eis, & imprimis ad Zaichoſtum vbi aliquoties glorioſe

rioſe triumpharint præcipue ve-ro Anno D. 1205. cum enim magnus Dux Ruthenorũ Romanus in feſtis laceſſeret Poloniam armis atq; pugnaturus in loco præfato ſomniavit, magnam paſſerum catervam à paucis carduelibus eſſe devictam: victus tandem & ipſe cum toto exercitu & in fuga ceſus uſq; ad internetionem deletus eſt etſi maiorem quadruplo haberet exercitum quàm Poloni. *Miech: lib. 3. Crom. lib. 7. Bielſki lib. 2.*

Ead. Svarno, Dux Rutenorum, cum Rutenis Lithvanis & Tartaris ad locum Pietha cum exercitu Pudici R. P. dum prælia-atur victus exacie fugit vbi multa millia hoſtium ceſa & capta ſunt

ſunt. *An. 1266. Biel. l. 2. Lon. l. 7.*

Ead. Poloni cum Sileſitis præliantur *An. 1277. Lon. lib. 7.*

Ead. Ruthenorum magnæ copiæ vincuntur. *An. 1226.*

20. Exercitus Pudici, in caſtris Roxolanicis poſt victoriam debacchatur. *Anno 1266. Longin. lib. 7.*

Ead: Sigiſmundus III. Rex Poloniæ, in Svecia idq; in carcere hora 4. naſcitur. *An. 1565.*

Ead. Moſchi Demetrio fidelitatem iurant. *An. 1610. Vaſſ mb.*

21. Vladislaus Princeps peregre proficiſcens Viennam Auſtriæ ingreditur. *A. 1624. Vaſſemberg.*

Ead. Crucigeri Poloniam vaſtaturi ad Vladislaviam infelici-

ter

ter pugnant. *Longin. lib. 9.*

Ead: Florianus Episcopus Płocensis moritur. *An.* 1333.

22. Boleslaus Pudicus, Rex Poloniæ, Iadzvingarum gentem funditus delet. *An. 1264. Longin. lib. 7.*

Ead: Monasterium in Rupella à Ioanne Długos fundatur. *An. 1472. Miech.*

Ead: Ab hac die, vsq; ad 25. Aug: continuo pluit. *A. 1270. Mie.*

23. Rutheni & Lithvani, vastantes Masoviæ Ducarum Semovitum Ducem in Uiasdow capiunt & enecant noctu. *An. 1262. Longin. lib. 7.*

Ead. Chrystophorus Radivilius ad Cokienchausen 5600. suorum 7000. Svecorum profligat. *Anno 1601. Piasec.* 24.

24. Crucigeri Nakłensem oram vaſtant *Anno* 1330. *Longin. lib.* 8.

Ead. Henricus, Dux Regni Poloniæ Hæres Pomeraniæ & Sileſiæ, &c. Obligat ſe Epiſcopo Poſnanienſi, quod ſi Regias dignitates Regni Poloniæ fuerit aſſecutus Cancellarius Regni futurus ſit perpetuus. *Longi. lib.* 8.

25. Conradus, Maſoviæ Dux, Siradien: ſomno & fatigatione ſtratos aggreditur dolo fugat & devincit. *A.* 1288. *Lon. l.* 8.

Ead. Jvonia, Palatinus Valachiæ 12000. Turcarũ & 8000. Tartarorum occidit, ex noſtris autem vix 500. cecidere. *Bielſki lib.* 6. *Gwag. Anno* 1574.

26. Albertus, Rex Poloniæ, Leopoli in Valachiam

castra movet, omninosis signis præcedentibus cladem Polonis significantibus. *An.* 1407. *Miech.*

Ead. Præmislaus Secundus, primus post privationem illam, propter scelus Boleslai Audacis, quæ ducentis duraverat annis à Iacobo Swinka, in Regem *Poloniæ* Coronatur. *Anno* 1295. *Bielscius lib.* 2.

27. Chovanscius Moschus ad Połonkam vincitur, ubi supra 8000. Moschorum deleta sunt 40. mahinæ captæ. 145 signa militaria alijs exceptis plurimis. Ex nostris autem trecenti gregari & aliquot insigniores periêre. An: 1660. *Koch.*

28. Ad Berestecko prælium grande rebellium Cosacorum

corum & Tattarorum cum *Polonis* cum gravi iactura Coſacorum & ſine ſangvine Polonorum. *An.* 1651. vbi quatuor horis pugnatum, *Koch. lib.* 4. *Cl.* 1.

Ead. Anna, Conſors Caſimiri Regis Poloniæ Gedimini Lithvani Filia, ex gentili Catholica moritur. *An.* 2339. *Longin. l.* 9.

29. Clavus quo Chriſtus in Cruce affixus fuit Regi Poloniæ donatus, Cracoviam allatus, honorificentiſſime exceptus, Proceſſionaliter, in Arcem deducitur *An:* 1425. *Bielſki lib.* 3.

Ead. Cracovia noctu incenſa à Porta Nova, vſq; ad Portam Proſcriptorum exuritur uſq; ad occaſum Solis ardens. *An.* 1494. *Bielſki lib.* 4.

Ead.

Ead: Ad Bereſteczko iterum Coſaci cum Polonis præliantur. ubi Sex Millia hoſtium cæſa ſunt ex Noſtris aliquot deſideratis. quæ pugna acciderat inter pyros Arbores. *An. 1651. Kochow. Cl: 1. lib. 4.*

30. Joannes Caſimirus Rex, Generalem pugnam ad Bereſteczko, cum Rebellibus Coſacis dum facit; globus è Machina emiſſus nemine læſo ante pedes Regis dum procidit immotus ſiſtitur & Regem videtur venerari: poſt quod etiamſi hoſtium, 60000. fuerint. In fugam vertuntur cum ſuo rebelli Principe, Chmielnicio quem viſus eſt Michael Archangelus fulmineâ perſequi ſagittâ vbi triginta Millia

lia hostium occisa, sunt reliqua in fugam versa. *An. 1651. Kochovius vt prius. & Coment: illius belli.*

JULIUS.

I. LUdovicus, Filius Vladislai Regis Bohemiæ & Hungariæ Rex nascitur. *An. 1506. Bielski lib. 4.*

Eadem Poloni dolose in loco Płonne à Valachis adorsi per succisas arbores omnes: alij ab arboribus occisi, alij vivi in manus hostium venerunt. Uno Tenczynio excepto qui armata manu hostes elapsus est. ibi 3. Vexilla terrestria Cracov: Sendomirien: & Leopol: & 9. Nobilitaria capta sunt & hæc prima clades Polonorum à Valachis est. *An. 1619. Crom: l. 12.*

2. Lithvani citato cursu & sub-bita invasione post plurimas cedes in Sandomiriensi ora prædam utriusq; sexus hominum, & pecorum multa abducunt millia pulsis & fugatis nostris resistere volentibus. *An.* 1350. *Lon: l.* 9.

Ead. Crucigeri Lithvanorum, & è converso Lithvani Crucigerorum sibi invicem vastant oras. *An.* 1375. *Lon. lib.* 9.

Ead. Vilnâ Lutheranica pestis per tumultuariam vim eicitur. *A.* 1581. *Piasec.*

3. Carolus Svecus, limites Sarmatiæ hostilibus armis adoritur non aliter quam olim Alexander è Navi Asiæ littus iaculo feriendo & armato pede calcando. *An.* 1655. *Koch:* Cl: 2. *l.* 1.

Ead.

Ead. Thomas Oborſcius, Suf-frag: Crac: per An: 30. Qui Epiſc: 6. Calices 1757. Præsbyteros 2185. Eccleſias 143. Altaria fixa 705. Portatilia 1000. conſecravit moritur. *An.* 1645. *Annorum* 74:

4 Stanislaus Koniecpolſcius, Camillus Polonus, Tattaros cum præda ex Podolia redeuntes ad Saſowygrod in Meditullio Moldaviæ conſiſtentes ſuis 2500. dum aggreditur profligat, & fugat prædam recipit oppreſſiſſetq; Vniverſos, ni præmoniti eſſent. *An.* 1633. *Piaſec.*

Ead. Sarmatæ ſive Poloni pertæſi ambitum Romanorum, qui non contenti dominio Aſiæ, Africæ, Hiſpaniæ, & Galliæ etiam Germaniam vicinam Polonis Du-

ce Quintilio Varro tribus legionibus ſtipato auſi ſunt opprimere. Ariminio Duci Germanorum, auxilio cùm veniunt. Romanos cum tribus Legionibus (in Veſtphvalia inter Amaſim & Lupiam conſiſtentes; opprimunt, fugant, & Aquilas legionarias duas capiunt, tertia ægre ſalvata faſtum deprimunt, adeo vt amplius Romanum non ſurrexerit Imperium. Quinimo hoc cautum Romæ erat ne temere fines Sarmatiæ irritarentur ac tandem eo infelicitatis devenerat Roma, ut Lytro ſuam debuerit libertatem ſub Triboniano Gallo Imperatore nimirum 200. auri drachmis redimere. Vnde ab hac clade captæ Aquilæ Polonis In-

ſignia

signia esse cepêre quod contigerat Anno Christi 10. *Pias. Pomponius Lætus, &c.*

5. Sigismundus Augustus, R. Pol: alteras Nuptias cum Sorore Germana prioris suæ Uxoris Catharina, celebrat Cracoviæ. *An: 1553. Bielscius lib. 5.*

Ead: Magna Inundatio aquarum usq; in Templo Corporis Christi ad Cracov: Casimiriæ *Anno 1593.*

6. Sigismundus III. Rex Polon: ad Guzow cum Rokosianis in malo loco consistentibus cùm fortiter præliatur, eos loco cedere cogit, & dispergit, licet etiam ipse timore concussus fuerit. *An: 1607. Piasec.*

Ead. Poloni, contra Svecos,

Valachos, Kozacos, &c. manifestantur. *An: 1657. Koch.*

7. Radżiejow oppidum, ne in manus hostium deveniret sponte à Polonis exuritur. *Anno 1330.*

Ead: Lubartus Dux Lithvanorum Haliciam, sive secundum Longinum libro 7. ad An: 1268. Galaciam insperate dum invadit, multos Civium, ac etiam mercatorum, qui in ibi pro nundinis confluxerant, captivat; Urbem incendio, ac vicinas oras longê lateq; vastat, nec pueris, ac feminis parcens barbarico more. *An: 1353. Longin. lib. 9.*

Ead: Casimirus, Rex Pol. sterilis Vissegrady in Hungaria cum consensu Polonorum Ludovicum Hun-

Hungariæ Regem facit, & publico Privilegio ſancit & firmat. *An: 1339. Longin: lib: 9.*

Ead. Sigiſmundus Auguſtus, Rex Poloniæ, vltimus ſtirpis Iagielonicæ, Quæ ducentis fere annis Sarmatiæ Regno præfuerit, cùm Monaſterium Tikocinenſe Religioſorũ Patrum propter ædificãdum palatium, in alium locum transferre mandat ipſe ad Palatium æternitatis transfertur. *Anno 1572. Bielſki lib: 5. alij ſcribunt 18. eiuſdem.*

8. Caſimirus, implicatus Ruthenico & Lythvanico bello, accerſitis Caliſſiam Nuntijs Crucigerorum, prætextu clementiæ Pomeraniæ, Chełmẽſi, & Michałov: terrris Crucigeris abdicat

contrarius Patri: qui mori potius paratus fuerit quàm in aliquã ex his conditionibus conduci. & sic inique cum Crucigeris paciscitur. *An*: 1343. *Longin. lib*. 9.

Ead. Fervente Civili bello, in Maiori Polonia, bona Archiepiscopatûs, à Nobilibus desolantur. *An*. 1383. *Longin. lib* 9.

9. Nakieł Castrum, ab Orzela, Prussiæ Magistro exuritur captum. *An*. 1330. *Lon. l*. 9.

Ead. Catharina Regina Polo: nascitur. *An*: 1525.

10. Constantia, Consors Sigismundi Augusti, Regis Polon. Secunda, quæ fuit prioris Germana Soror moritur. *An*. 1631. *Piasec*.

Ead. A Berestecensi funesto

Coza-

Cozacorum prælio, postquam rebelles acie cessere, ac in loco uliginoso ad Flumen Plessava dicto Castra metati, eo usq; perduraverunt; cùm inter se aliquantum obsessi à Casimiro, timidè tumultuari cæperunt fugiunt ex Castris, per Flumen vliginosum, à nostris nihil tale sperantibus, & cernentibus opprimuntur, & vix pauci effugiunt; Divina ultione, quam ante Berestecense bellum, feralis mortuorum processio Bari, à Templo in Templum procedens vnanimi clamore ultionem sangvinis sui à Deo vltore efflagitabat. *An.* 1651. *Koch.*

Ead. Dum Carolus Svecus Metropol; Maioris Poloniæ Posnaniam ingreditur, stupendo

horrore & prodigio Imago Thaumaturga in Arenis, ad Cracoviam ſudat. *An. 1655. Koch: Cl. 2.*

11. Georgius Ragocius, properans regreſſum in Hungariam, dum apud Magierow reficiendo Militi ſubſiſtit: Eum Czarneccius cum paucis cohortibus Polonorum ne dimidio horæ ſpatio permiſſo aggreditur, funeſto experimēto 1000. ex Hungaris occiſis præda ingens recuperata eſt, ubi prædator hoſtis in rapinam venit. *An. 1657. Kochow. Cl: 2. l. 3.*

Ead: Caſimirus Rex Poloniæ, tumulatur Cracoviæ. *Anno 1492. Bielſcius.*

12. Joannes Cæcus Bochemiæ Rex, tanquam rabida, etſi

ſine

fine oculis fera, tangere cupiens muros, Cracoviam obsidet & oppugnat. Irrito conatu Obsidionem solvens dum regreditur duplici prælio ad Ilkusium & Lelow vincitur & fugatur. *Anno 1345. Bielski.*

13. Stanislaus Pac, 2000. suorum stipatus. 13000. Moschorum adoritur, sub Iezierzysce. 8000. Moschorum occisis reliquos in fugam egit, paucis ex suis amissis. *A. 1564. Gwag T. 1.*

Ead; Pruteni, à Masovitis & Lancicíensibus ad Czechanow, fugantur. *An. 1243. Long: lib. 7.*

Ead. Magnus Archylicæi Crac: Mecœnas Petrus Tilicki, Episcopus Crac: moritur. *An. 1616. Pias.*

Ead. Ad Mątwy Pharsalia Poloni-

lonica ubi Lubomirius cum Rege dum pugnat 3873 Viri occiduntur. Victor Lubomirius fugat Regium exercitum, cum tantum vna & media hora conflictus duravit ab hora 9. ad mediam Vndecimam. Capta sunt Vexilla Regia 73. officiales ordinum 180. vix non anniversaria clade qua Anno præterito ad Czestochoviam 1000. Regij occisi sunt reliqui fugati. *An. 1660. Koch. Cl:|3. l. o.*

14 Mustaffa Vezirus, Viennam Austriæ 200000. Turcarũ cingit & obsidet, ac fortiter obpugnat. *An. 1683. Koch.*

Ead. Lesco Niger instãte Conrado rebellibus Polonis stipato commissa Civibus Crac: Arce, ac etiam nanciscendi auxilij gratia,

in

in Hungariam proficiſcitur. *Ann* 1285. *Biel. lib:* 2.

Ead. Ante Grunevaldenſe prælium noctu ingens tempeſtas orta, ac validiſſimus ventus tentoria Crucigerorum evertit, ac portentum circa lunam apparens ſpectrum regem ſignificans, devicit ſpectrum Magiſtrum denotans, futuræ omen victoriæ Polonorum. *Miech: lib.* 4:

15. Vladislaus Iagello, contra potentiam totius Germaniæ in perniciem Polonorum à Crucigeris Congregatam quæ 140000. conſtabat pugnaturus, dum cum lachrimis orat. Nuncius à Cruciger: cum duobus cruentis venit gladijs inquiens, Quid moraris prælium ô Rex? ſi

tibi gladij desunt, en habes, tibi vnum, Fratriq; tuo alterum, si locus ad ordinandum exercitum arctus, ego tibi meo cedam, & retro cessit exercitus: surgens Rex prælium cõmittit in acie 50000. occidit & 40000. captivorum ducit, ingentes exuvias capit ac Vexilla præcipua 50. vel ipsius Ope D. Stanislai, qui tempore prælij visus est in aere, Polonos confirmare. *An. 1410. Crom: l. 16.*

16. Tencinius, Cracoviæ ex Templo S. Francisci extractus tumultuarie à Civibus occiditur, in opprobriũ per binos jacet dies sub prætorio, quem ausum Cives pluribus capitibus & 6200. floluere debuerunt. *A. 1461. Bielsc: lib. 4.*

17. Vi-

17. Viennæ Austriæ 3 Reges, Poloniæ, Hungariæ, & Bochemiæ, cum Cæsare congrediuntur. *An.* 1515 *Biel. lib.* 5.

Ead. Moschi 82000 suorum, Smolenscum tam Vastum à nostris tantum 2400. tutatum præsidiarijs vi oppugnant magna *An:* 1633 *Vassemb.*

18 Moschi, cum Livonensibus dũ Derparum capiũt, causa sunt vt Livonia susciperet tutelam Regis Poloniæ, contra Moschos. *An.* 1558. *Biel. lib.* 5.

Ead. Poloni cum Danis, contra Svecum hostiliter in Polonia grassantem Haffniæ paciscuntur. *An:* 1657. *Koch. Cli. 2. lib: 3.*

19. Albrachtus, Prussiæ Magister, Lublini in Comitijs

Regni Generalibus, Regalibus Regi ornato, & in Throno ſedenti, Sigiſmundo Auguſto homagium reddens perpetuam iurat fidelitatem *Murin. Bielſ. lib.* 5. *&c.*

20 Reges tres, Polon: Hungariæ, & Bohemiæ, ac Imperator Paciſcuntur. *An.* 1515. *Bielſcius lib.* 5.

21. Jwo Epiſc: Crac: Vir Beatæ Vitæ cum 12. annis Eccleſiæ Cracovienſi præfuerit, moritur. Hic inter 12. Eccleſias etiam B. M. V. in Circulo Crac: ædificavit opus Magnificum *duorum annorum*, eo tempore quo maximâ tota Sarmatia fame vexata eſt, *An.* 1229.

22. Caſimirus Rex Pol: cum Crucigerorum Magiſtro,

Vladi-

Vladislaviæ Conventum faciens, etsi iniquissimo pacto in procerum Regni præsentia, exquisito Crucigerorum ingenio ius terrarum Pomeran: Chełmen: & Michałov: tradit, contradicentibus Archiepiscopo & Crac: Vladislavien: Posnanien: Płocensi Episcopis. *an. 1343. Longin. lib: 9.*

Ead. Deprædator Sarmatiæ, Ragocius ad Międziborz ab Occasu Czarnecio à meridie Lubomirio redeunte ex Transilvania, à Septemtrione Lithvanis, ab Ortu, Potocio vndiquaq; circumventus frangitur cum sua Cosacorum, Valacorum, Mołdavorum potentia, adeo: vt misericordiam implorans vix impetraverit victus & attritus. *An. 1057 Koch.*

23. Io.

23. Joannes Camenecius, Castel: Leopol: cum 500. suis & aliquibus alijs per paucis ad Voromowa Tartaros cum præda redeuntes adoritur & 20000. in acie cædit, captivis ac præda receptis. *An*: *1508. Bielsc. lib*: *5.*

Ead. Stephanus Potocius, cum 10000. suorum, silvis paludibusq; interclusus ad Fluvium Dżieża, à 30000 Tartarorum circumventus præcisa omni facultate pugnandi, adinternecionem deletur ipse vivus Constantinopolim deducitur. *An*: *1612' ex Manuscr.*

Ead: Ragocius, cum Polonis ad Miedżiborz, hodie pactus & periculum subodoratus tacite fugit. Tandem 60000. Tartarorum supervenium, Vniversum

exer-

exercitum intra duas horas 9000. Hungarum prosternunt, reliquos captivos ducunt pessima eorum in Polonia facinora nefanda coronide finita sunt. *Koch. Cl. 2. l. 3.*

24. B. Kunegundis quæ nata & Baptizata, statim diserto, dixit ore. *Ave Regina Cælorum, Ave Domina Angelorum.* Pudici, Regis Poloniæ Consors, quæ miserta inopiæ Polonorum impetrata à Patre suo Rege Hung: vna salis mineralis fossa, & misso in fossam digiti sui annulo in Sarmatiam duxit ac Bochnæ annulum cum Sale effossum reperit in Matrimonio Pudici intacta Virgo, postquam 13. annos Sandecij in Monasterio exegerit moritur. *An. Longin. lib. 8.*

25. Si-

25. Sigismundus III. R. Pol. post oppugnatum perbiennium Smolenscum, & vi magna adeoq; arte Novodworscij, expugnatum, Vilnam triumphator ingreditur. *An. 1611.*

Ead. Comitia sub tempus interregni Cracoviæ aguntur, & dum de pace per bellum intestinum inter Maioris Polon: Proceres sublata, non cōveniūt, vix ægre armistitiū ad Festum S. Michaelis faciunt. *An. 1383. Long: lib: 9.*

26. Sigismundus I, Rex Polon: qui vixit 81. annis, Mensibus 2. diebus 7. in Basilica Crac: Arcis honorifice tumulatur. præfuit Regno 41. An. 1548. *Gwagn. Tom 1.*

27. Legatus Pontificis, Sixti V. à Rege Casimiro 3.

filijs, Alberto, Alaxandro, Casimiro stipato, cum toto Clero ante Metropolim Crac: Processionaliter egresso salutatur, & excipitur. *An.* 1473. *Miech: lib.* 4.

28. Maximilianus, Archidux Austriæ, Competitor Regni quondam ad Bitomiã captus, Sponsione Summi Pontificis, Imperatoris, & multorum Principum, a Polonis excaptivitate dimittitur. An: 1589.

29. Joannes III. Rex Polon: eundo contra Turcam Viennam Obsidentem, Cracoviam venit. An: 1683. *ex Manusc.*

Ead. Georgius vltimus Zbarażiorum Ducum, Castellanus Cracov: sine prole subitaneè moritur. An: 1631. *Piasec.*

Ead.

Ead. Platea Proſcriptorum, & Collegium horribiliter ardent. An: 1492. *Miech:*

30. Hora 12. fulmen cum terribili ſonitu è Cælo veniens ſub elevatione in Miſſa Majori Cantantibus Fratribus *Benedictus qui venit* Templi S. Franciſci pinnaculum per modum turris percuſſit & incendit ita vt totum tectum eiuſdem Templi exureretur. Crucifixum, in medio Chori pendentem ſcidit, Lapides ſiniſtri parietis obtruncavit & vnum Monachum occidit, aliquot homines ſuo ac flatu non tamen mortaliter leſit. An. 1476. *Miechov: lib. 4. fol: 341.*

31. Crucigeri cum Maſovitis Cuiavienſem Terram hoſtili

ſtili deſcenſu ſpolijs & flammis vaſtant. An. 1327. *Longin: lib: 9.*

Ead: Januſſius Radziwił, ad Loiowogrod 36000. Coſacorum cum eorum Duce Kraiczewski, profligat capit & fugat. A. 1649.

Ead. Varſavia vi opugnatur, expugnatur à Caſimiro tempore belli Svetici. Anno. 1656. *Kochow. Cl: 2. lib: 2.*

AUGUSTUS.

1. JUbileum Univerſale, poſt Chriſtum 15. in Ordine, poſt quam Romæ finitum fuerit, Cracoviæ inchoatur. An. 1701.

Ead. Sigiſmundus Auguſtus, Rex Polon: naſcitur. Anno 1520. *Bielſcius lib. 5.*

2. Conradus, Maſoviæ Dux, ad Vil-

ad Villam Bogucice, Leskoni Nigro cum paucitate Comanorum & Hungarorum venienti dum, occurrit multitudini suorum confisus. Victus tandem cum paucis non prius fugam sistere voluit donec in Masoviam se recepit Anno 1285. *Longin. lib. 8.*

Ead. Stephanus Bathori, Połociam Moschorum Obsidet. A. 1579. *Gwagn: T. 1.*

3. Venceslaus, Bohemiæ Rex cum fieri Poloniæ vult, tendens Cracoviam Ołomucij à suis dolose occiditur. Anno 1306. *Bielscius lib. 2.*

4. Crucigeri, Dantiscum Obsidentes deditione dolosa post paucos dies, per Germanos sapiunt in omnem sexum & ætatem

tem Polonorum sæviunt adeo vt nullo vnquam prælio pluris sanguinis fusum sit. An. 1310. *Murinius, Bielscius, Longin.*

Ead. Carolus, per Poloniam serpens cuncta possidet An. 1655. *Koch. Cl.* 2. *lib.* 2.

Eadem Eclipsis Solis, quam siccitas Caristia & fames seqvuntur Maxime in Bohemia, Anno 1263. *Miech. lib.* 3.

5. Stanislaus Hosius, Cracoviæ Civis, Poloniæ Senator, Ecclesiæ Columna, Cardinalium Phænix, Orbis miraculum, Polonicus Patriarcha, Religionis Atlas, altera Pauli manus, Interpres Dei, Tuba Christi, Moderator Concilij Tridentini, ætatis suæ 76. Romæ Moritur 1579. ex *ex Romano Epitaphio.*

Ead. Alexander, Rex Poloniæ nascitur, An. 1461. *Bielſ. lib. 4.*

Ead. Joannes Grotus, Episcop: Crac cum Ecclesiæ 19. annis præfuisset, moritur. An. 1347. *Staro.*

6. Joannes Albertus Rex Polon: contra hostes Cracovia expeditionem facit irrito conatu An. 1498. *Miech.*

Ead. Boleslaus Pudicus, Grifinam Lesconis Nigri Consorté, quæ propter aliquem defectum in Monasterium absceserat, iterum reconciliat eidem. Anno 1273. *Longin: lib, 6.*

7. Vitoldus, Lithvaniæ Princeps, Iagellonem Regem Polon: apud Ostrow occurrens, cum primoribus suæ partis, lugu-

bri prece cum lachrimis humiliter depræcatur A. 1392. *Longin. lib.* 10.

8. Nuntius mortis Regiæ Alexandri Cometes motus per Cancrum Leonem & Virginem, tum Horoſcopum Regis ardet, portentoſe. A. *1506. Miech. l. 4.*

Ead. Crucigeri, Elemoſinarij Polonorũ Monachi Dantiſcum, ſanguine innocentum Chriſtianorum Polonorum perfuſum, occupant. An. *1310. Long. l. 9.*

Ead. Vladislaus, Opolienſium Dux, propter Thaumaturgam Imaginem B. M. V. ex Bełzenſi Arce huc deductam Monaſterium Czeſtochovienſe in eo loco, quo nulla vi humana dimoveri

pote-

poterat, fundat. A. 1381. *Lon. l. 10.*

9. Sarmaticus Apollo, Georgius Ossolinius, Supremus Regni Cancellarius, Magnus Senator, ad Exteros toties Orator, quo perorante exotica stupebant ingenia, ab ore non verba, sed mel procedere cũcti arbitrantes, cum dolore totius Sarmatici Orbis fatis abrumpitur invidis. An. 1660. *Kochovius.*

10. Boleslaus Kriwousti Congressus prælio ad Nakłum cum Pomeranis & Prutenis 40000. in acie cedit & 2000. captivorum ducit. *Murin.*

Ead. Regia insignia, per Elisabetham Hungariæ Reginam ablata, ne dum Rex in Hungaria moratur, alium sibi Poloni Coronarent.

Polo-

Polonis reſtituunt ab Hungaris. *Anno 1412. Bielſcius.*

Ead. Ad Tyniec, Sveci noctu in noſtros irruentes, tandem Polonos à Caſtris ſtratagemmate abductos, diſpergunt fugant, & plurimos Nobilium occidunt. *A. 1656. Koch: Cl. 2. lib. 2.*

Ead. Joannes III. R. Pol: contra Turcam Viennam obſidentem iturus, Crac: à Legato Pontificis benedicitur. *A. 1683.*

II. Almæ Univerſitatis Crac: Privilegium Nobilitatis Profeſſoribus, actu laborantibus, per 24. Annos continuos, non tantum ipſis, ſed etiam ipſorum filijs, Sigiſmundus liberaliter concedit.

12. Turcæ Czechrinum fun-

ditus demoliuntur. *A. 1678.*

Ead. Monafterium Prædicatorum in Opatowiec ab Abbate Tinecenfi fundatur. *A. 1202. Lon.*

13. Stephanus Batori, *Polo*ciam Mofchorum ftricta premit obfidione. *An. 1579.*

Ead. Martinus Winkler, in Acad: Crac: Collega Maior S. Th: D. fuo fæculo Oratorum apex, à Joanne III. Rege *Polo*: Ciceroni præpofitus, à Sorbonenfi Univerfitate miraculum Septemtrionis dictus, Magnatum delicium moritur. *An. 1700.*

14. Rachelinus Italus, à Capitulo in Archiepifcopum Cracovienfem vnanimi omnium voce eligitur. *Anno 1032. Starovolfcius.*

Ead. Cometes, qui aliquot

tantum diebus duravit, signum mortis Regis Alexandri disparet. *An. 1506. Miechovius lib. 4.*

15. Casimirus Iagelonides, collectis plus quam 20000. Nobilibus vltra Haliciam sive Galatiam sive Galatam apud Kołomiam dum in Campo plano consistit, ac sub tentorio Regaliter vestitus in throno sedit. Stephanus Batori, Moldaviæ Palatinus venit, Vexillum ante pedes Regis & seipsum prosternit, deinde iurat Regno & Regi submissionem, & fidelitatem æviterne tam suo quàm suorum Successorum Nomine. *An. 1485. Bielscius lib. 4.*

Ead. Boleslaus Krivousti, dum à Patre Hermanno Balteo mili-

tari decoratur & audit hoſtes in limites irruere, profiliens tanquam Leo cum paucibus ſuis, hoſtem adoritur vincit, fugat & lætus cum palma victoriæ, ad *Patrem* revertitur. 1201. hic 50, vicibus hoſtes triumphavit. 9. annorum Annibal amplexus pedes Patris, ire contra hoſtes cum lachrymis petijt. Maior Pompeio quia ille aperto campo, hic fraude circumventus fugâ vitam ſalvans, mærore oppreſſit.

Ead. Sieciechus, Palat: Crac: Prutenos prælio vincit & fugat. *An. 1086 Murin. Biel. lib. 2.*

Eod. Ad Zborowum, grande prælium cum Coſacis & Tattaris vbi poſt graviſſima, prælia coactus eſt Chmielnicius pacem à

Rege

Rege, per tractatus petere. Cuius victoriæ gratus Rex, in perpetuam beneficij memoriam Anniversarium in Ecclesia B. M. Virginis in Circulo Crac; instituit, addicta in censum loci, ex Vieliciensibus fodinis salis nativi pensione. *An. 1649. Koch. Cl. 1. lib. 2.*

16. Jn Prussia, tantus terræ motus exortus est ut homines pedibus stare non possent, *An. 1310. Murin.*

Ead. Jarosłavia tempore nundinarum cum omnibus conflagrat mercimonijs damnumq; taxatum est 1000000. *Anno 1625. Piasecius.*

17. Cruciferi, ab Archiep: irritati Legato Regis, Dobrinum obsident, expugnant, in-

cendunt crudelitatem magnam faciunt omnes enecant quoscunq; offendunt & ipsum præsidem. *A.* *1409. Biel. lib. 4.*

Ead. Regiomontum, Academia Soléni Pōpa introducitur. *A. 1544.*

18. Pomerani toties invasores Poloniæ & toties victi à Sieciecho, coacti sunt armis, à Hermano suppliciter pacem petere. *An. 1083. Murin.*

19. Alexander Rex, audita suorum (qui tantum 7000 erant de Tartaris victoria ubi 20000, in acie cæsa, plurima capta, equorum etiam 20000. abducta, 40000. captivorum liberata omnis præda recuperata, vixq; ipsi hostium Duces manus victoris effugere pedites) tāta victoria

cum

cum iam loqui non poterat, obortis lachrimis, oculis manibusq; in Cælum elevatis, gratias Deo egit: tandem singulis manu porrecta valedicit, & cum maximo omnium dolore, Vilnæ moritur. ibi quiescit. *An. 1506. Biel: lib. 4.*

Ead. Michael Koributh, in Regem Pol: eligitur. *An.* 1669.

Ead. Chmielnicius tot malorum reus, qui non tantum ad Zborowum hic vna cum Tattaris contra Regem scelerata ausus est assurgere manu, sed etiam ad Zbarasium nostrorum non integra 12000. in castris obsidere, 30000. suorum, per Menses 2. faciens 20. generales assultus, fortissime opprimens, & cum exiguam *Polonorum* manum Divina ope [adiu-

tam opprimere non poſſet, ipſe oppreſſus, coactus eſt media quærere pacis ac tandem ante Regis pedes provolutus cum lachrimis Regem deprecatur, vel ipſo etiam Tattaro pro ipſo intercedente. *An. 1649. Koch. Cl. 1. lib. 2.*

20. Jnexpugnabile Bodinorum ſive Podoliæ, propugnaculum Camenecia, quæ nulla vi expugnari poterat doloſa Sinonis capitur arte ab Ottomanis. *An. 1672.*

Ead. Ardens in perniciem Polonorum Lithvana rabies dum, per aſſignatum Virgis in Viſtula, vadum tranſire conatur, à Piſcatoribus in altum Virgas ponentibus eluditur ac extingvitur: vbi & ipſe Iagello vix ſubmerſionis

onis evaſit periculum. *Long. lib. 10. An. 1331. Crom.*

21. Małachovius, Epiſ: Crac: Kielcijs moritur *A. 1669.*

Ead: Vladislaus, filius Caſimiri Regis Polon: & Bochemiæ Rex, inauguratur. *An. 1471. Biel. l. 4.*

22. Ioannes Tarnovius, ingentis animi Vir qui ad nullius unquam hoſtis conſpectum territus fuit, 4000. ſuorum, 22000. Valachorum, dum magna ſuſtinet fortitudine ac pene incredibili per 5. horas multo maiore Moldavorum clade quàm Polonorum deinde per horas ſemiduas aperto dum præliatur Marte, vincit, fugat & plurimos enecat. Caſtris tandem potitus & 50. tormentis, vel ipſo Comete id de-

signante, qui magis solito præterita fulserat nocte. *An. 1531. Vopow.*

Ead. Sigismundus III. R. Pol: Varsaviæ ab vna partium eligitur, cum altera pars Maximilianum habere conatur. An. 1581. *Pias.*

Ead. Casimiria, à meridie ad Vesperas vsq; ardet spectante id Rege. An. 1504. *Bielsc. lib. 4.*

Ead. Virgilius Polonus Kochanovius moritur. An. 1584.

23. Poloni, ad Wisniowiec cum Tattaris ex Podolia & Volchinia cum præda redeuntibus, dum obviare se parant pauci à multis obruti in prædam hostiũ vltimis Septembris diebus cedunt. *Anno 1494. Bielscius lib.* 4.

24. Grave Svecorum flagellum, Stephanus Czarne-

cius Svecorum 2400. prædam, ex Polonis, detractam in Sveciam dum abducerent in Strzemeſzna ſecuros adoritur, & ſpolia eripuit. *Anno 1650. Kochow. Cl. 2. lib. 2.*

Ead. Matthias, Vladislavienſis Epiſcopus, Decimas manipulares Magiſtro Pruſſiæ, 6. groſſis vendit. *An. 1330. Longin.*

Ead. Cecilia Renata, Regina Pol: in limitibus Sarmatiæ honorifice excipitur. *An. 1637.*

25. Pskowa, Moſchorum Magna Civitas, in qua 50000. Bellatorum Moſchorum ſe occluſerant, à Polonis obſidetur ſed poſt Vniverſales Pacis tractatus 5. Menſibus preſſa ſolvitur

6. Februarij obsidione. *An. 1581. Bielski. lib. 5.*

26. Stephanus, Hungariæ Rex, Limina S. Stanislai adoraturus, & Sororem suam Germanam Kunegundam inuisurus Cracouiam veniens, honorifice excipitur; *An. 1270. Lon. l. 7.*

Ead. Magna per totam Poloniam grassatur pestis, adeo vt in ipsa Urbe Cracouiæ 36000. homines sunt mortui etiam qui cadauera sepelirent defuerunt. *An. 1652. Kochow. Cl. 1. lib. 5.*

27. Joannes Albertus. Rex Poloniæ proclamatur, Luna ad ascendens eius applicante. *An 1492. Miech. lib. 4.*

Ead. Wielkołuki Ciuitatem, videntes Moschi, Polonos tendere

dere comburunt ipsi in Arcem confugiunt, quam Poloni obsident, brevi exurunt. *A. 158. Gwag.*

28. Pruteni, Poloniam & Russiam populantes, prædantur & fæde vastant. *An. 1088.*

29. Lithvani, Vitepscenses irrumpentes in Moschoviæ oras, Vswiat Moschorum Civitatem exurunt. Anno 1568. *Gwagnin. T. 1.*

Ead: Lithvani, Mochiłoviam obsidentes præliantur. *An. 1660.*

Ead. Post mortem Ioannis III. R. Polon: Comitia Varsaviæ sive Convocatio inchoatur. *An. 1696.*

30. Stephanus Bathoreus, Połociam obsidione premens exurit 2000. hostium, cedit

cædit 100. suis amissis. *An. 1578.* *Bielski lib. 5.*

Ead: Virtius, Svecorum Gubernator, *Præsidens* Cracovien: tractatus ignominiose Cracoviâ exit. *Anno 1657. Kochov. Cl. lib. 2.*

Ead: Quatuor Regum, Mater Elisabeth, Regina Poloniæ, Consors Casimiri, R. P. moritur. *Anno 1505. Bielski lib. 4.*

Eadem Iubileum Vniversale publicatur. *An. 1500.*

31. Ante prælium Generale sub Chotimo, insigni clade à Lubomirio pertinax Tattarorum deprimitur ausus. *A. 1621. Vassember.*

Ead. Połocka expugnata exustâ ac per tractatus dedita, Ste-

phanus dum eam ingreditur accipit 38. tormenta Maiora, 300. Minora alias Hakownice bombardas 500. nitrij pulveris globos invenit innumeros. A. 1579. *Gwag.*

SEPTEMBER.

1. VLadislaus Lokietek, post tertiam Regno electionem, in Cracoviensi Conventu, Rex eligitur, reclamantibus, Maioris Polon: Proceribus, qui sibi Henricum Głogoviensium Ducem elegerant. & Cracoviam qua antea erat expulsus admittitur. An. 1306. *Longin. lib. 9.*

Ead. Vladislaus IV. statim post suam Coronationem, laturus auxilia Smolensco, quod stricta obsidione premebatur à Sechino-

cum

cum 170000. variarum gentium, vltra Lithvaniam abiens ad Boristhenem castra ponit, expectans reliquos sequentes se. An. 1633. *Vassember. p. 2. L. 2.*

Ead. Stephanus Batoreus, Captæ Połociæ arcem intrans solennes Deo gratiarum actiones facit. An. 1578. *Bielscius lib: 5.*

Ead. 80000. Tattarorum millia totidemq; Turcarum Podoliam populabundi intrant Mikulinice, Podhaice, Tarnopole, &c. Solo æquant, 200000. captivorum abducunt. Anno 1675. *ex Manuscr.*

Ead. Hedvigis Filia Sigismundi I. Regis Polon: nubit Principi Brandeburgico. A. 1535 *Biel. l. 5.*

2. Lithvani cum Iaczuingis viden-

dentes tumultuari Semovitum, cum ſuis militibus Ducem: Cuiaviam invadunt, rapta præda hominū, & quadrupedum, Lithvaniam revertuntur An. 1269. *Lon.*

Ead: Zołkievius cum flore militiæ Polonæ tendẽs in Cetſoram, Moldaviam tranſit flumen. An. 1620. *Piaſec.*

Ead. Oſmanus Turcarum Imperator, pugnaturus cum Polonis ad Chocimum, Caſtra ſua, Polonis opponit Caſtris. A. 1621. *Vaſſember.*

Ead: Vladislaus IV. Rex Pol: Sztumdorfij cum Svecis paciſci incipit. An. 1635. *Piaſec.*

Ead. Poſt mortem Ioannis III. R. Pol: Exercitus Confederatur. An. 1696. *ex trad.*

3. Varſaviæ, Magno motu Comitia generalia agitantur, in quibus per Cancellarium Ioannes Caſimirus Regno abdicat. An. 1668. *Koch. Cl. 3. lib.*

4. Ioannes Caſimirus, Rex Cracoviam à Svecis receptam cùm ingreditur, cum ſummo omnium excipitur gaudio A. 1657. *Koch. Cl. 2.*

5. Oſmanus, ad Chocimum à Mane vſq; ad Veſperas caſtra Polonorum, maxima oppugnat vi, ſine damno Polonorum An. *1620. Vaſſember.*

Ead. A Stephano Batori, arx Wielkołuki oppugnatur, ex cuius oppugnatione media nocte ingens exoritur incendium. Anno 1680. *Bielſc. Piaſec.*

6. In

6. In Comicijs Varsaviæ iterum motus de abdicatione vbi dum Regem Status in Throno precibus detinere volunt & non possunt. Ipse Rex suo ore Ordinibus & Senatui valedicit more modoq; inaudito, cum stupore Regni Procerum cum dolore totius Sarmatiæ A. 1668. *Koch. Cl. 3.*

Ead. Arx Wielkołukiensis tam subito ardens igne obsessi dedunt se in manus victoris, quibus dum Rex parcit milites irruentes in innocens sæviunt vulgus, vbi ex 22000. vix pauci in Castris salvati sunt. An. 1580. *Biel: Gwag.*

Ead. Vladislaus IV. Rex Pol: Renatam Sponsam suam salutat. An. 1637.

7. Tattari Confinia Russiæ, circa

circa Cameneciam prædantur & crudeli vaſtatione populantur. An. 1586. *Piaſec.*

Ead. Chodkievicius ad Chocimum, ob rapta duo Vexilla â Turcis in excubijs. Acceptis ſuorum 4. ſignis in Turcarum 6000. irruit & immerſus eſt adeo, vt hauſtus à barbaris videretur à lateribus tergoq́; circumventus. Solus armorũ fragor & fluctantia ſigna vivere eum teſtabãtur: ſpectantium ex Caſtris Polonorum alios ſtupor, alios commiſeratio quaſi proiectè morientium invadebat. Felix tandem eventus, omnium vtriuſq́; exercitus ſpe metuq́; ambiguos animos explicuit. Ad extremum enim barbari ceſſere, Polonis ex neceſſitate pugnantibus

bus, & ingenti clade fracti, præcipites ad ſua Caſtra revolvebãtur. plurimos autem hoſtiũ cecidiſſe vel ex hoc ipſo patet, quod ſeſqui hora pugnaverint, & cum facibus totam noctem Barbari colligendis nobilium ſuorum cadaveribus inſumpſerint. *An. 1621. Vaſſ: Piaſ: addit 5000. hoſtium eſſe occiſa:*

Ead. Vladislaus IV. primo caſtra Sechini ad Smolenſcum aggreditur. *An. 1633. Vaſſember.*

8. Baſilius Moſchus, deditione Glinſcij Smolenſcum ditionis Lithvanorũ dum capit [nimirum 30 Iunij qua etiam ante 100. annos à Moſchis cæpit eandem] Vitoldus Lithvaniæ Dux) Celadin cum 80000. Moſchorum contra Polonos in 35000. cum

Con-

Constantino Ostrowski, expedit: ante victoriam triumphum canit: multa millia compedum vehi post exercitum in Polonos mandat, tandem ad Kropiwna flumen vincitur ubi 42000. cæsa, 2000. capta. *Palatini* Duces 37. adeo vt vivi sanguine scaterent. Ipse Celadin cum duobus præcipuis Ducibus in ferreis compedibus Vilnæ detinetur. Vapovius ad annum 1514. Hæc pugna contigerat non procul ab aris Alexandri Magni, vbi vltra 400. Polonorum occisi non sunt plures.

Ead. Lithvani Masoviam vastant plures captivos & spolia inde abducentes. *A. 1340. Lon. l. 9.*

Ead. Canonizationis S. Stanislai, quæ fuit 213 Annis neglecta, Romæ

Romæ dies decernitur. *An.* 1453. *Longin.*

Ead. Tattari Russiā & Podoliā vastant. Coram quibus & ipsa animalia silvis fugiebant. Vnde irruentes in Poloniam, 55000. hominum abducunt, exceptis parvulis & senibus, quos trucidant: equorū 150000. exceptis jumentis, ovibus, & alijs innumeris auri argentiq; copijs. *A.* 1575. *Biel. l.* 6.

9. Ad Podhaice 4000. Polonorū, 50000. Tattarorum, 8. horis sustinent præliantes gravi certamine & hostem reprimunt, cum damno quidem cohortis suæ, sed cum multo maiori, hostium exercitus. *An.* 1598.

Ead. Lubartus Lithvanus, Zawichostensem oram igne cædeq;

seda-

fædè vaſtat & prædam rapiens magnam, per latibula ſilvarum fugit. *An.* 1353. *Longin. lib.* 9.

Ead. Caſimirus Rex Pol: cum Venatum abit etiamſi diſſuaſus, in Feſto Nativitatis B. M. V. mox altera die frangit pedem Cervum perſequens. *An.* 1370.

Ead. Michael Coributh, in Regē Pol: Crac: Coronatur. *A.* 1669.

Ead. Comitia Regni Generalia Varſaviæ inchoantur. *A.* 1670.

10. Mieleccius obſidēs Sokoł, Moſchorum Arcem, ardere facit: prodeunt ex Arce Moſchi ſupplices manus complicatas porrigentes, quos fera gens Hungari dum trucidāt; fit vtrinq; dirum prælium & magna clades: Maior tamen Moſchorum quorum

rum: Magna multitudo cadaverum occisorum & exustorum erat. *An.* 1578. *Bielsc. lib.* 6.

11. Georgius Iazłoviecius, Palatinus Russiæ, qui 1000. Tattarorum A. 1528. cæcidit in acie, qui ad Oczakoviam aliquot turmas Tattarorum ad in ternecionem delevit. fractus continuis Martis laboribus dum febrim ex assiduis belli Moldavici laboribus curare studet, remedium quærens, mortem invenit. *An.* 1595.

12. Erudito Historicorum calamo, seræ posteritati bene mandanda dies, qua congregatus in perniciem Occidentis Oriens, Confederata Christianorũ

manu, vbi summa rerum penes Ioanne III. Rege Pol: erat, etsi à mane vsq; ad Vesperas cruentissimo pugnatum fuerit Marte; innumera illa barbarorum caterva, magna prudentia Regis perfringitur, & fugatur suis de sedibus castrorum, inquibus præter ingentem auri argentiq; vim tumq; stupendum alium apparatum, ipse pirius pulvis 1000000. prætio æstimatus est: in acie cæsa sunt 6000. in oppugnatione ipsa 48544. periere: exceptis illis, qui post prælium sunt jugulati per avia, silvas, fame alijsq; casibus enecati. Hanc Victoriam Regi, contra Turcam eunti Chiron suus Dąbrovius Vniversitatis Cracov: Professor, Spiritu prædixerat

proz-

Prophetico, asserens Regẽ victurum hostem, se autem hanc Victoriam non visurum, qui eadem quâ hæc contigerat victoria in vias abivit æternitatis. Et sic dum Poloni victores in castris subsistunt Ottomanicis sequentis aurorâ diei, subito pyrius erumpit pulvis, casu incensus, concutit terram, reboat aer, tantoq; pavore afficit Victores vt Cælum in seruvere arbitrarētur. Hanc victoriam Szentivani Iesuita, dum sine prælio ac sangvine fuso scribit obtentam, soloq; visu partam, à recto deviavit veritatis tramite.

Ead. Sztumdorfij, Poloni & Sveci, post longam altercationem scriptis vtrinq; Conditionibus ad viginti sex annos nempe ad vnde-

cimam Iulij stabiliunt, & pacifcuntur. *An. 1635. Piasec.*

13. Ludovicus Hungarus, Poloniæ, & Hungariæ Rex, moritur. quo regnante nihil boni in Regno Pol: actum est imo omnia in pessum ibant. Post mortem etiam cuius 4. Annorum interregnum plurimis Regnum impressit malis. *An. 1382. Long: lib. 10.*

Ead. Cecilia Renata, in Reginam Coronatur. *A. 1637. Pias.*

Ead: Albertus Iastrzembiecius Posnaniensis primum, Cracoviensis tandem, & vltimo Archiepiscopus Gnesnensis, moritur., quem septennem Pater pauperculus in Bessoviensem deducens Scholam, sic allocutus. Trado

te fili

te fili non in Scholasticorum sed Episcoporum numerum. *Tu autem Pontificalem dignitatem olim assecutus nunquam obliviscere præsentis fortunæ & egestatis in qua me, tuam Matrem simulq; teipsum, vna cum Fratribus Sororibus tuis vides positum: maior illa est quam vt prosperiore olim Successu, tibi è memoria possit elabi, factus autem Præsul, & mihi Parenti tuo, & loco huic in quo te primum literis addico, gratæ voluntatis testificationem constitues, vt Ecclesiam lateriçiam ædifices.* Vota Parentis bene precantis filio audivit Deus, & rata esse voluit per gradus enim Sacerdotiorum procedens, ad Primatialem devenit dignitatem. *An.* 1436. *Starow.*

Eadem Petrus Zborovius, qui quondam 2000. suorum 6000. Moschorum, 50. suis amissis occidit à morte occiditur. *An.* 1580. *Paprocki.*

14. Lithvani, ignis voragine cum Dobrzinen: oram vastant & senibus nec pueris parcunt, omnia varijs cædibus & spolijs implent, 9000. hominum abducunt. *An.* 1323. *Long: lib.* 9:

Ead. Adleida, Hassiæ Ducis, Filia Consors Casimiri, R. Pol: cuius dos erat 2000. Sexagenarũ Pragensiũ ob deformitatem despectui habita, & in Arcem Zarnouiecensem relegata. A. 1341. & 15. Annis inibi morata ad Patrem suum in Hassiam regreditur brevíq; moritur. *A.* 1356. *Biel: lib.* 2.

Ead.

Ead. Debachãte Sueco, per ditiones Polonas, Primas Regni per suas Innotescentiales animat Cives Patriæ ad sui defensione. *An.* 1655. *Kochow. Cl. 2.*

Ead. Feralis vox, triste melos, horridus intonuit sonus, dum hodie divulgatum grassari pestem Crac: *An.* 1677.

15. Augustus, Sarmatarum dies, qua Augustus semper Secundus Dux Saxoniæ, R. Imp: Elector Crac: in præsentia Procerum ab Episcopo Kuiaviẽsi Stanislao Dambski Vnctus & Coronatus, in Thronũ Sarmatiæ Lechicæ elevatur. *An.* 1697. *h.* 12, *min:* 30,

Ead: Karakas Bassa, Osmano auxilio ad Chocimum veniens & iurans se pransurum in Castris

Polonicis dum aggreditur ea oppugnãs cum 14000. Turcarũ; Lubomirij occiditur manu, *A. 1621. Vassember. p. 1. lib. 2.*

Ead. Commissarij Summi *Pontificis* inter Crucigeros & Casimirum R. *Pol:* Varsaviæ in Ecclesia S. Ioanni Bap: consistentes adiudicant Regi per sententiam definitivam terras *Pomeraniæ*, Culmensem, Michałoviensem, Kuiaviensem tanquam veras & Regis Hereditarias Litis expensas 1600. Marcas, ratione possessionis 194500. Marcas, à Crucigeris Regi esse solvendas.

Ead: Etiam scribunt Palatinum Mołdaviæ, Stephanum Polonis se subdidisse præstito iuramento, vt supra. An: 1485.

16.

16. Ad Cecforam Zołkiewius, cum Skinder Bassa, cum præliatur; ope & dexteritate Hermanni Denhoff, magno animo in hostem irruentis, primâ potitur, Victoria. *An. 1620. Vassemb. p. 1. lib: 2.*

Ead. Vitepscenses, ad Sytno lacum, Moschorum plurimos occidunt, bombardas 120. recipiunt, pulveris globorumq; multitudinem, & spolia auferunt. *An: 1567. Gwag. Tom. 1.*

17. Ad Cecforam iterum Poloni feliciter pugnant, ubi Turcarum 3500. Polonorum autem 350. cecidêre. *Anno 1620. Vassembr. p. 1. lib. 2.*

Ead: Crucigeri, apud Pucko Oppidum, à Petro Dunin, & Al-

berto Gorski, parva Polonorum manu, cum magna clade eorum devincuntur, ubi 2000. cæsa. 600. capti, 100. milites plebeij, & vnus Nobilis tantum periere è nostris. *An. 1462. Murinius.*

Ead. Moschi ad Lubartum castra metantes se vallis includunt. *Anno 1660. Kochow.*

18. Kantymir Murza, cum 20000. Tattarorum, Castris Zolkiewij appropinquat sese, quem post aliquot horas, Skinder Bassa, subsequitur; ubi Lyssowiani, cum hoste ad Vesperam pugnantes, magnum inferunt damnum Turcarum castris, magna hostium strage, cæsi sunt eo die ex Turcis Tattarisq; vltra 3000. sauciati multo plures, Poloni 400. tresq; Centuriones. *A. 1620. Piasi.*

19. Skinder Bassa, generale instituit prælium contra Zołkiewium, ubi cum duobus horis, æquo pugnatum sit Marte, dubiusq; victoriæ stetit eventus, & cum 1000. ex hostibus, 600. ex Polonis cecidere, saucij ex utraq; parte multi, victoresq; extitissent tandem Poloni, ni sparsus rumor, Duces ex acie fugere, palmam victoriæ eripuisset. *Anno 1620. Piasec.*

26. Cosaci qui primis diebus Septembris, immane Osmani exercitus corpus cum summo dedecore potentiæ Turcicæ Kur Bassam cum multis millibus sustinuerūt etiam nunc erumperentes Tokai Bassam occidunt. *An: 1621. Vassemb. p. 1. lib. 2.*

Ead. Pruteni fidem quam susceperunt reijciunt & apostatant revertentes ad Idololatriam Duce Glupino. *An. 1260. Lon. lib. 7.*

Ead. Nigram Aquilam Sveci, Polonis recipiunt. *A. 1036. Ptas.*

Ead. Gedeon Episc. Crac: qui 20. Anis cum Ecclesiæ præfuerit moritur. *1186. Starowol.*

21. Elisabeth, Regina Pol: quæ fuit Filia Regis, Vxor, Soror, Mater plurium Regum tumulatur. *An. 1505. Biel: lib. 4.*

Ead. Prandota, Episcop. Crac: Beatam cum exegerit vitam sedens annis 24. præcipuus Canonizationis S. Stanislai Promotor, moritur. *An. 1267. Starow.*

22. Vladislaus IV. Rex Pol: triplici acie Moschos aggre-

greditur *An.* 1633. *Piasec.*

Ead. Turcæ, Cameneco rece-dunt per Pacta. *A.* 1699.

Ead. Małachovius, Episcopus Crac: Solenni Pompa tumulatur, in Ecclesia Cathedr: *Anno* 1699.

Ead: Synodus Provincialis, in Oppido Siradiensi, de mandato Ianussij Archiep: Gnesn: cui ipse præsidet inqua Cracovien: Wratislavien: Posnanien: Lubuc: sunt Episc: *An.* 1270 *Longin. lib.* 8.

23. Poloni ad Pilawce, cum rebellibus Cosacis à vigesima præsentis, iniquo pugnantes Marte usque ad 23. territi rumore 60000. Tattarorum advenientium rece-dunt. unde Cosaci perduelles

ver-

versus Leopolim Zamoscium, Crasnostaviam, Brestiam, Præmisliam, Iaroslaviam excurrentes cædibus, incēdijs, rapinis, omnia vastant. *An. 1648. Piasec. Kochow.*

Ead. Poloni cum Turcis Leopolim obsidentibus, promisso eis lytro, paciscuntur. *Anno 1672. ex Manuscr.*

Eadem Joannes Albertus, etsi manente scissa Rep. Rex Electus, per Zbigneum Gnesnen. Archiepiscopum, Coronatur. *An. 1492. Miechow. lib. 4.*

24. Stephanus Chmielecius, 9000. circiter suorum stipatus, Tattarorum 40000. aggrediēdo, in acie cædit, ubi 1200. capti, inter quos 50. Murzæ: ex Polonis nōnisi 9, desiderati, & 50.

vulne-

vulnerati. *Anno* 1626. *Piasecius*.

Ead. Hercules Lithvanicus, Carolus Chodkiewicius, contra Osmanũ, Militiæ Sarmaticæ Dux qui ab hoste invictus erat à sævis devincitur Parcis. An. 1621. *Piasec.*

Ead. Jazwingæ, cum Lithvanis, quorum 14000. erant tacitè in Lublinensem irrumpentes oram, occisis Sacerdotibus, lactantibus & Senibus, maximum hominum & pecorum numerum, per 15. dies vastantes, abducunt. *An.* 1282. *Longin. lib.* 8.

25. Vladislaus IV. Smolenscij commoratur. Anno 1633. *Vassember.*

Ead. Brestia *Lithvaniæ*, à Sigismundo Brandeburgico obsi-

detur

decur. Anno 1383. *Longin. lib.* 10.

26. Sigismundus III. Rex Polo: feliciter pugnat ad Trzciana cum Sveco, ubi totius Sveciæ Potentia fracta, ex nostris aliquot desideratis, ipse Rex Svecorum captus, nec agnitus à milite plebeio, mentitus se esse servum, vix evasit, tandem 6. Annorum inducias fecit. An. 1629. *Biasecius.*

27. Vladislaus Lokietek, lacessitus à Crucigeris apud Pagum Bleiow sive Połowce, dum præliatur ubi tota ferè die pugnatum fuerit. 40000. cædit 17. suis amissis. A. 1331. *Long: lib: 9. Bielski. lib. 2.*

Eadem Chodkiewicius, suorum 3500. Svecorum deleuit, 9000.

9000. ad Kircholmum, (exceptis illis, qui partim cæsi à Rusticis, partim ex acceptis in conflictu vulneribus perierunt,) durante prælio tribus horis. Ex Polonis autem 800. desideratis, pluribus vulneratis, cum ingenti iactura equorum: Ipse Rex Svecorum Carolus saucius, ope suorum familiarium, in mare vix aufugit. Castra eius Vniversa, prædæ victorum cesserunt; cum Svecis captis, viris quingentis, signis militaribus Sexaginta, tormentis 11. An. 1605. *Piasecki:*

Ead. Studiosi, magna dexteritate contra Svecos excursionem Cracoviâ faciunt. Anno 1655.

28. Felix ille auspicatusq; Polonis dies, ad Chotimum

mum pugnantibus, hosti vero, ab 8va hora Matutina ad Vesperam continuo impetu insultuq; decertanti, fatalis. licet enim 40 & amplius tormenta miræ magnitudinis in castra obuerteret, & 25. ad Tyræ ripam contra Cosacos deportaret, Tattarorum, prope 30000. additis. nullum tamen damnum intulerat missis continuo globis: licetq; peteretur crebris ictibus Vladislai ædicula. Numen propitiũ volantes pilas, stitisse & arcuisse credebatur: cum vnus tantum Scotus è Principis Custodia ictu sublatus: ac tandem post acre cruentumq; certamen, fracta ingenti clade hostis potentia; eodemq; die, qui D. Venceslao, Bochemiæ Regi, Regni-

Regniq; Tutelari facer, victoria non absq; cognato & Commilitone Diuo, Polono, venit. An. 1621. *Kobierzicki lib.* 10.

Ead. Romanus Sangusco, Vlam Civitatem Moschorum captam exurit cum paucis suis. adveniens. An. 1558. *Gwagn.*

Ead. Venceslaus, Rex Bochemiæ, Siradiense Oppidum oppugnat. An. 1292. *Longin.*

Ead. Casimirus, Rex Poloniæ, Adleidam Hassiæ Ducis filiam ducit vxorem. A. 1341. *Bielski.*

29. Carolus, Gustavus, Sveciæ Rex, obsidet Cracouiam A. 1655. *Kochow. Cl.* 2.

Ead. Moschi cum Tartaris Vitebskam obsidentes noctu oppugnant, & succensam in duobus

locis relinqvunt. Anno 1568. *Gwaguin. Tom:* 1.

Ead. Lithuani, Chełmensem terram fœdè vastant, & Strazburg Oppidum comburunt. An. 1298. *Longin.*

Ead. Lithuani *P*russiam vastant. An. 1367. *Murin.*

Ead. Michael Korybuth: in Regem Polon: Coronatur. An: 1669.

Ead. Tattari Russiam & Sandomiriam vastant, quorum Numerus erat 30000. 1502. *Miech.*

30. Skinder Bassa, copijs suis ac Tartaricis Castra *P*olonorum acriter oppugnat, sed reprimitur, ac repulsus recedit, amissis non paucis suis. An. 1621. *Piasecius.*

Ead.

Ead. Lesco Niger, Rex Polo: moritur. An. 1289. *Longin.*

Ead. Studiosi, occulta porta, ex Arce erumpentes maximam faciunt in Exercitu Maximiliani stragem. An. 1574. *ex Manuscr.*

OCTOBER.

I. ZOłkievius, armatà manu de Cetsora recedens cum aliquod diebus fortissimè pugnauerit; Poloniam versus retrocedit ad stagnū, castra ponens ab hoste maximum patitur & sustinet assultum. *An. 1620. Piasec.*

Ead. Samogitijs festa Deorum dies scili: Ignis serpentum. celebrantur, &c.

Ead. Zbigneus Olesnicius, Cardinalitia insignia recipit *Starow.*

2 De Cetsora recedentis Zoł-kieuij, Turcæ 50. vicibus aggrediuntur Castra quibus & resistentes Poloni duo signa militaria & vnum tormentum recipiunt, Tattaros & Turcas multis ex eis cæsis pugnantes à Solis Ortu, usq; ad Occasum ad tria miliaria fugant. A. 1623. *Piasec.*

3. Sanctus Casimirus, Virginitatis Decus, Gloria Sarmatiæ Regum, Dux Lithvan: nascitur. An. 1498. *Bielsc.*

Ead. Sigismundus, Rex Poloniæ in Hungariã abit. Cuius abitum infelicem ab initio prædixerat Matthias Miechov: Medicinæ Doctor, Cracov: A. 1498. *Bielski.*

Ead. Alexander in Regem Poloniæ eligitur. An. 1501.

4. Li-

4. Lithuani vastantes Sandomirien: Oram, 6000. captiuorum abducunt. A. 1282. *Long.*

Eadem Nicolaus Camenetius, cum Valachis præliando vincit & fugat Bogdanum *Palatinum*, ac ipse 50. hostes suo gladio occidit, inter quos viginti millia Turcarum erant. A. 1509. *Bielski.*

5. Legislator Polonus, Casimirus constituens jus Teutonicum Cracoviæ inhibet appellationem Marieburgum. An. 1358. *Longin.*

Ead. Zołkievius, per media Tattarorum Castra cum sua militia viam armis sibi sternendo transit. An. 1620. *Piasec.*

6. Boleslaus Pudicus, cum Calisiensi & Masouiæ Du-

cibus, contra Pomeranos vnionem armorum paciſcitur. A. 1259. *Longinus.*

Ead. Stanislaus Zołkiewius, à Cetſora ad Mohilowo appropinquans 6000 ſuorum, 30000. Tartarorum occidit, *referente Bronievio* qui huic inter fuit bello: tandem orto inter ſervos tumultu ex Victoria tumultuarios aggrediuntur Moldaui, cum Turcis cunctos diſſipant: ubi Zołkieuius Capite truncatus 73. Annorum, Koniecpolſcius vivus captus. Poſt quam victoriam Tattari irrumpentes in Podoliam Ruſſiam innumerã plebem abducunt in captivitaté. Zołkievij etiam Caput precisum in haſta Conſtantinopolim

polim defertur, ludibrio exponendum. A. 1620. *Piasec.*

Ead. Bogdanus Chmielnicius, Leopolim obsidet. *An.* 1668. *Kochow. Cl.* 1. *lib.* 1.

7. Poloni ad Parcanum in Hungaria dum de suis viribus præsumunt, incauti, & sine apparatu militiæ totius, Turcas adoriuntur, à quibus fugatur, cum clade suorum, ubi 2000. nostrorum cæsa, & abiecta omnia genera armorum hosti pro maximo cessere spolio. *Anno* 1683.

Ead. Vladislaus Plwac, castrum Vscie in confinijs Pomeraniæ capit. *An.* 1223. *Bielsc. l.* 4.

8. Gosiewski ad Prostki 3000. Suecorum in acie cadit, Machinas cum Vexillis quinqua-

ginta rapit, ipse Svetici exercitus Dux, transfixus sagittà, vix captivitatem evasit. *Anno 1656. Kochow. Cl. 2. lib. 2.*

Ead: In Podolia & Vołhynia 100000. Turcarum populantur. *An. 1576. Gwaguin:*

Ead. Sapiecha, Dolchoruki Moschum equitatu mulctat. *Anno 1560. Koial.*

9. Joannes III. prosperiore quàm nudius tertius fato ad Strygonium 30000. vario genere mortis Turcarum occidit, etsi tribus horis dubio marte duraverit prælium alij referunt, 40000. alij 50000. in acie cæsa esse. *Koch. in Comen: belli Vienen.*

Ead. Osmanus post 60000. à missa suorum, desperans de victo-

ctoria, cum Polonis ad Chotimum paciſcitur, ubi toto illo tẽpore 400. in acie Polonorum cæſa, licet plurima incõmodis Caſtrenſibus extincta ſunt. *A. 1621. Piaſecius.*

Ead. Georgius Albrachtus, Supremus Regni Cancellarius Maieſtate Solenni ingreditur Cathedram Epiſc: Crac. *An. 1701.*

Ead. Lipſcius Epiſcop: Crac: qui tantum 17. Septimanis Epiſcopus vixit, Cracoviæ tumulatur. *An. 1631. ex Manuſcr.*

Ead. Henricus, Dux Vratislavienſis, à Pomeranis in balneo captus dirè trucidatur. *An. 1203. Longin.*

Ead. Hedvgis, Vxor Henrici Barbati Ducis Vladislavienſis,

moritur. Trzebniciæ sepelitur.
An. 1242. Longin. lib. 7.

10. Ad Coronovum dirum Polonorũ cum Crucigeris prælium, vbi vtraq; pars cum tribus vicibus requieverit restitutis sibi invicem captivis ac datis Vino & Pane invicem sibi ipsis, tertio cùm fortissimè cõgrediuntur victores, Poloni 8000. Crucigerorum in acie sternunt. *An. 1410. Murin. Miechovius.*

Ead. Victoria ad Chotimum per tractatus Polonis parta, Cælesti ope Divinitus data, quam Beatissima apparens Gembicio Archiepiscopo Gnesnen: prædixerat. Deinde etiam visa super exercitum Polonorum curru duobus albis equis vehi ac Beatum

Sta-

Stanislaum Kostkam, pro Polonis deprecari nuntiabat: vel ideo patet quòd cum summa ignominia Osmanus recesserit. *A. 1621. Kobierz: lib. 10.*

11. Alexander, Rex Poloniæ Vilnæ primus Regum Polon: tumulatur. *An. 1506. Bielscius lib. 5.*

12. Stephanus Bathoreus, apud Subino 15000. Turcarum devincit. *A. 1480. Biel. l. 4.*

13. Lesco Niger, apparente sibi D. Michaele Archangelo, in somnijs 6000. suorum, 14000. Lithvanorum in acie prosternit, contra quos hostes etiam ipsi canes morsibus suis pugnarunt, ex nostris autem nec vnus perierat. *An. 1282. Bielski lib. 2.*

14. Szeremet Moſchus cum vult coram Polono milite fugere, ab illo victus pacem cogitur petere. *Anno 1660. Kochovius.*

15. Lithvani, Pułtovienſem vaſtant oram. *Anno 1331. Longin. lib. 9.*

Ead. Vladislao Iagelloni ab Aſtrologo *Pragenſi* mors nunciatur *Anno 1433. Miech.*

Ead. Polonus exercitus 12000. fraude Valachorum, Turcicam potentiam quæ 40200. conſtabat, pluribus ex hoſtibus occiſis Duce Iabłonovio vix effugit. *Anno 1686. ex Manuſcr.*

Ead. Hedvigis, Filia Ludovici Regis Hungariæ, in Reginam Poloniæ Coronatur. *Anno 1383. Longin: lib. 10.*

16.

16. Ad Podhaice Polonicus exercitus cum Cosacis & Tattaris paciscitur, vbi dum hostis recedit 300. Pagos in favillam misit, tandem ad Naiarow 1500. à Silnicio ex hostibus occiduntur. *Anno 1667. Kochovius Cl. 3. lib. 6.*

Ead. Maximilianus electus ab vna Partium Procerum Regni, venit Cracoviam cum valido Exercitu Machinis & omni bellico apparatu, sed non admittitur. *An. 1587. Piasec.*

Ead. Lithuani tacite irruunt in Poloniam, Siradiam & Calissiam vastantes prædam ingentem ex eis rapiunt cætera igne comburunt & cito gressu aufugiunt. *An. 1307. Long. lib. 9.*

17. Michael Coributh, cum Sołtan Machmet, promisso ei litro 22000. aureorum, in vim cuius Han omnes à limitibus Poloniæ hostes arcere debebat, paciscũtur. *A. 1672. Tradit.*

Ead: Lithuani, Masoviam vastant & prædantur. *An. 1336.*

18. Sveco Cracov: per Pacta traditur. *A. 1655. Koch.*

Ead: Lithvani Lanciciensem oram vastantes 40000. animatorum, simul cum pecoribus abducunt. *An. 1277. Miech. lib. 3.*

Ead. Lithuani, cum Dolchoruki Moscho præliantes 500. ex Lithuanis desideratis, 4000. Moschorum inter Bassiæ ac Prusæ amnium concurrentes occidunt. In quam etiam diem coincidit, illa

illa Cudnowiensis de Sremetho Victoria, ubi 30000. in acie cæsa ipse Seremethus in manus Tartarorum devenit. Iustissimo Dei iudicio, qui nimium in sua confidens potentia, cum 60000. exercitus ductor extitisset, hanc ausus est effutire blasphemiam. *Ne Tu inquit (ad Imaginem Christi Conversus) vltra mihi habeberis loco & Nomine Salvatoris dignandus, nisi Regnum Regemq́ Poloniæ protinus mihi in manum tradideris Magno Caro meo exhibendum.* Cuius tanto scelere dignam pænam prænuntiabat Aquila grandior illa nisi qua pectore implumis & Macilenta à Castris Moscorum proripiens primum ad Castra Polonorum divertens,

deinde obliquo volatu Scytarum globo super girans à quibus capta, typus capiendi Szemerethi erat. *Kochow. Cl. 2.*

19. Zamoyscius cum Tartaris quorum numerus 70000. & 2000. Ianizerorum, erat in Cetsora loco Polonicis cladibus infami præliatur. *Anno 1595. Piasecius.*

20. Ludovicus Rex Poloniæ emit Ducatum à Vladislao Albo Gniewkoviesem 10000. florenorum. *An. 1376. Long. l. 10.*

Ead. Moschi, sub Smolensko, Montem allaudatum recuperare à Polonis nituntur. *Anno 1633. Vassember.*

21. Andreas Sapiecha, cum 8000. Lithuanorum su-

per

per Gauiam Flumen 20000. Moschorum adoritur & profligat, quorum pauci aufugerunt. *Anno 1578 Gwag.*

Ead. Vladislaus, Rex Polon: contra Moschos aciem instruit, quam Moschi detrectant. *Anno 1633. Piasec.*

22 Zamoyscius, 7000. suorum 72000. Tartarorum Moldavia depellit. *A.* 1595. *Pias.*

Ead. Abbazi Bassa, cum 55000 hostium, Koniecpolscij Castra, quæ 11000. erant, fortiter oppugnat, sed cum ignominia & cladibus suis reiectus confusione plenus reicitur & revertitur. *An.* 1633. *Piasec.*

23. Zamoscius, Zawołociam oppugnat, obsessiq; vi-

ctoris potestati se permittunt. *Anno 1580. Piasec.*

24. Joannes Albertus soluta, obsidione Szocaviæ per inducias in Poloniam regreditur populabundus. *Anno 1497. Crom. lib. 30.*

25. Exercitus Polonicus, ex Moldavia recedens requiescit ex itinere ad Bukovinam silvam. *Anno 1497. Bielski.*

26. Carolus Gustavus, ex Cracovia sibi dedita triumphat. *An. 1655. Koch. Cl. 2.*

Ead: Polonæ Nobilitatis flos fraude & dolo Valachorum ad Bukovinam magna afficitur clade *An. 1497. Crom. lib. 3.*

27. Joannes Albertus, R. P. exercitum à Moldavis

ad Bu-

ad Bukovinam oppreſſum recognoſcit & multos Nobilium ab eſſe recenſet. *An. 1497. Biel. l. 3.*

28. Boleslaus *Pudicus*, Opolienſium oram vaſtat. *A. 1233. Longin.*

Ead. Jacobus, in Tarnovienſi Eccleſia conſecratur in Archiepiſcopum, Halicienſem ſive Galatiæ. *An. 1392.*

29. Petrus Tomicius, poſtquam 12. Annis præfuiſſet Eccleſiæ Cracov: 70. Annorũ dicens. In manus tuas Domine commendo Spiritum meum: tundens aliquoties pectus, moritur. *Anno 1634.*

30. Sigiſmundus III. obſidens Smolenſcam nuncios ad obſeſſos expedit *An. 1609. Vaſſemb. Kobierz.*

31. Vladislaus, Iagellonis Filius, Rex Poloniæ & Hungariæ, qui ad Varnam occisus est, nascitur. *A. 1423. Biel. li. 3.*

NOVEMBER.

1. Sigismundus Rex Hungariæ, acceptis à Polonis 80000. Sexagenarum Pragésium 13. Oppida Scepusij Regi Poloniæ oppignorat. *An. 1412. Crom. l. 1.*

Ead. Calimachus, quõdam Regis Alberti informator moritur.

2. Kieystud Iagiello & Vitoldu Lublinensem trucidatis senibus Sacerdotibus & Impuberibus vniversam oram inter Visturlam & San fluvium sitam vastant, & Magnum numerum vtriusq; sexus hominum cum præda & peco-

pecore Ecclesijs exustis abducunt. An. 1376. *Longin. lib. 10.*

3. Comitia Electionis in Regem Vladislai IV. Varsaviæ agitantur. An. 1632.

4. Josephus Słuszká, Dux Campestris militiæ, Magni Ducatus Lithvaniæ post absolutum Iubileum Cracoviæ moritur. An. 1701.

Eadem. Princeps Rebellium Chmielnicius, qui 80000 suorum computabat: Zamoscium, quod 400. equitum tantum se tutabatur: quod nunquã usq; ad hanc diem devinci potuerit inani conatu obsidetur. Anno 1648. *Kochow: Cl: 1. lib. 1.*

5. Casimirus Magnus Per balnea resolutus viribus, tandem

dem febri invalescente ex gelidæ aquæ potu, facto testamento, cum Magna Devotione percepto Viatico Spiritum Christo reddit. An. 1303. *Longin. lib: 9.*

6. Lites magnas exortas ratione Decimarum inter Statum Secularem & Spiritualem, Diœcesis Cracoviẽsis; quod seculares nollent Decimas dare Ecclesijs, singulari cura Casimiri Regis, Iaroslaus, Archiepisc. Gnesnensis dirimit & post diuturnam deliberationem in præsentia & cum consensu totius Senatus Clero, adiudicat. *Longin. lib. 9.*

7. Bogdanus Chmielnicius, Zamoscium, dum oppugnat, Magna afficitur clade, ex Polonis non vltra 17. cæsis. A. 1648. *Koch. Cl. 1. lib. 1.*

8. Gielonum, ſive Lithvanorum ad Olkięki fervet inter Republicantes, & Sapiechanos vix audita *Pharſalia*, ubi victores Republicantes diſperſos Sapiechanos magna afficiũt clade. *A* 1700.

9. M. D. Lith. Stabuli præfectus à tumultuarijs Republicantibus crudeliter occiditur. Anno eodem.

10. Nefaſta non Polonis tantum, ſed totius Chriſtianitatis dies ad Varnam qua maxima acciderat clades: etſi victor Vladiſla⁹ Iagelonides 80000. cæſis in acie hoſtibus extitit, ſed dum Ianiczerorũ perrumpit cohortes, cum ſummo totius Chriſtianitatis dolore occiditur, probroſe fugientibus ab eo Hungaris & Valachis, ex acie. A, 1444. *Gwagn*,

11. Maiores clades timentes, inter Polonos & Crucigeros, Carolus Hungariæ, & Ioannes Bohemiæ Reges, pacificaturi Partes, conveniunt irrito conatu, cùm neutri Pomeraniæ Ducatũ cedere voluêre. A. 1331. *Lon. l.* 9.

Ead: Turcica castra quorum, 30000. fuere ad Chocimum funditus delentur. A. 1673.

12. Michael Rex Poloniæ Leopoli moritur alij scribunt 10. præsentis An, 1673.

Ead. Albertus Laski, Iacobum Deszpot, vi armorum restituit Palatinatui Valachiæ. Anno 1561. *Bielscius lib.* 5.

13. Vladislaus IV. sub Vesperam benè Electus, in Regem Poloniæ Nominatur. Circa

quod

quod duo notabilia accidêre 1. quod toto Electionis tempore noctes pluviosæ dies sereni erant, alterum quod inaudita felicitate cum summa reverentia & affectu in dignissimum eum iudicatum Regem fieri omnes conspirarunt, Anno 1632. *Vassember.*

Ead. Joannes Resovius, Episcopus Cracovien: à Sede Apostolica approbatur. An. 1471. *Starow*

14. Domitor Russiæ Ducum Lesco Albus, præcipuus veræ amicitiæ æstimator, qui Govoritiũ ne ab se ablegaret, noluit Regnum suscipere: cum nudus à Svatopelco *Pomerano* in Balneo deprehẽditur, prosiliẽs nudus ex aqua, & eqvum casu ab hostibus currentem nactus fugæ se commit-

mittit, sed ubi refugère manus hostium, non potuit, conversus magnam stragē in hostium faciens exercitu Magnanimus Heros occumbit. A. 1227. *Miech. lib. 8.*

Ead. Smolenscum, à Sehino quod interea Polonorum erat, obsidetur. A. 1632. *Pias. Vassemb.*

15. Sigismundus III. Rex Polon: à Piekarscio mentis insanæ Nadziako vulneratur. Qui post hac equi distractus flammis consumptus, eiusq; cineres in Vistulam obiectæ sunt. An. 1620. *Piasec.*

Ead. Exardescēte Svetico Marte in Polonia, Ioannes Casimirus Rex, Leopoli Giedanum se confert. *Koch: Cl. 2.*

Ead. Chocimensis Arx à Tur-

cis

cis per Polonos expugnatur. An. 1673.

16. Poloni obſidentes Smolenſcum, Vallo illius Arcem cingunt. An. 1609. *Piaſek.*

17. Bohemiæ & Hungariæ Reges, Viſſegradum conveniunt, Polonos cum Crucigeris pacificaturi. An. 1335. *Longin. lib. 9.*

Ead. Sigiſmundus Rex Polon: in feudum Pruſſiam concedit, Anno 1581.

Ead. Ludovicus Rex Poloniæ & Hungariæ Coronatur A. 1361, quamvis ſecundùm Bielſcium ſeptima præſentis.

18. Sveci Monaſterium Czeſtochovienſe oppugnaturi obſident. A. 1655. *Koch.*

19. Gar-

19. Gartin Lithvanus Pultoviensem oram Masoviæ 130. pagis & 30. Templis exustis 4000. captivorum abducit. An. 1324. *Koialowicz.*

Ead. Crucigeri Cuiavienses ditiones 14. diebus vastant. ac cum spolijs Prussiam redeunt. A. 1331. *Longin. lib. 9.*

Ead. Casimirus magnus, Rex Poloniæ tumulatur. Anno. 1370. *Longin.*

20. Vissegradi à Regibus qui illuc eò venerant, ut inter Crucigeros & Polonos circa Pomeraniam litigantes causam discernerent Pomeraniam Polonis adiudicant. An. 1335. *Longin.*

Ead. Georgius Ossolinius, Pontificem salutando veneratur. An. 1633.

21\. Callidis petitis Milleri Sveci obsidentis Clarum Montem, respondent Czestochovienses. An. 1655.

22\. Cometes ardet, quē secutum Moschoviticum & Valachicū bellum. A. 1577. *Bielf.*

23\. Millerus Svecus, fortiter scelerata manu, inani conatu oppugnat Monasterium Czestochoviense. A. 1655. *Kordec.*

Ead. Sapiecha, grassanti Moscho, primus aperto Marte ad Brestiam se objicit ac exigua manu apud Orusovum cum 1800. atq; illi oræ impendentem profligat. An. 1655. *Kochow.*

24\. Turcæ vastantes Poloniam, quorum numerus erat vltra 60000. nimio frigore

à Deo sunt puniti, ut præ frigore etiam se absconderent intra cadavera equorum, unde tanto frigore 40000. periêre: reliquorum etsi ultra 20000. relicta vix tamen tot hominum 10000. mortem à Valachis evaserũt. A. 1498.

25. Maximilianus Archidux cum Zamoyscio, inter Prądnik & Cracoviense Suburbium Biskupie, præliatur, sed infauste cum suorum clade. Postquod statim Silesiam versus recedit. Anno 1587.

Ead. Vladislaus Iagello, Rex Polon: pro Victoria gratias Deo agens triumphaliter & Processionaliter pedester ex Niepołomice it Cracoviam. Cui 50. Vexilla à Crucigeris capta anteferuntur. 1411. *Bielski.*

Ead.

Ead. Electio Vladislai Iagellonis fit. An. *1383. Long. l. 10.*

26. Maximilianus Archidux ad Cracoviam clade accepta, tendit versus Czestochoviam; inibi auxilia Germanorum expectaturus. *An. 1587.*

27. Georgius Ossolinius, Cineas *Sarmaticus* Magnifico apparatu Splendidissime antiquam Imperatorum, Sedem, Romam ingreditur. A. *1633.*

Ead. Lithvani, ad Wierzchowice à Moschis devincuntur. *A. 1655.*

28. Casimirus I. ex Monacho Diacono Rex qvi, quondam cum paucis suis in somnijs admonitus (quia timebat) *Ne times vtiq; habes bonum Du-*

cem Iustitiam, Pugna audacter cum hoste. Ac expergefactus, vidit Iuvenem candido equo insidentem, in hostiles turmas Vexillum inferentem. 20000. hostium adorsus, 5000. in acie cædit. 2000. capit, reliquos in fugam egit. Primus Sarmatiæ Regum literatus moritur, & Posnaniæ tumulatur. A. 1059 *Biel. l. 1.*

29. Paulus, Episcopus Crac: qui cum ob sua nequiter acta opera, ter captus & in Carcere detentus erat, à Ducibus nec tamen corrigibilis: tandem voce vel ipsius Satanæ admonitus, in Ecclesia SS. Trinitatis Cracoviæ, dicentis: *Væ tibi Paule Episcope, melius tecum actum esset si natus non fuisses.* Tandem pæni-

pænitentiam agens, vitam cum morte commutat. Anno 1292. *Starowol.*

Ead. Alexander coronandus, in Regem *Poloniæ*, ex Claræ Tumbæ Monasterio 1400. equitibus stipatus Cracoviam ingreditur. An. 1501. *ex Manuscr.*

Ead. Multorum nuncius malorum, Bellorũ, Conturbationis Regnorũ, ac mortis Magnatum Cometes ardet. An. 1618. *Piasec.*

30. Apud Morakwa Fluvium Poloni adorsi Ruthenos magna afficiunt clade, pluribus millibus in acie cæsis. Hæc victoria eadem die etsi 50. milliaribus distabat in Ecclesia oranti Regi defertur. An. 1432. *Bielscius lib. 3.*

Ead. Cracoviæ Iubileum Vniversale finitur. An. 1701.

Ead. Legati Tattarorum, audiuntur. An 1633. *Piasec.*

DECEMBER.

1. KAzanovius immissus in viscera Moschoviæ, dissipatis pluribus millibus auxiliarium, eam sede populatur. Anno 1633.

2. Mongulitana, Asiæ gens, *Secundùm Longinum lib. 7.* sive à Tattaro Fluvio *vt idem* sive à Tattareis moribus dicti Tattari, postquam priori vice vsq; Sandomiriam quam populati sunt, dum homines fatigati occidere non possent, tanquam jumenta in Vistulam submergen-

gendos precipitarunt; ac illos 40. Monasterij Prædic: Martyres trucidarunt. Iterum altera vice vsq; Bitomiam & Opoliensem tractum populati, multa præda onusti in Russiam revertuntur. An. 1260. *Cromer lib. 9.*

3. Theodoricus, Crucigerorum Magister, castrum *Pomeraniæ* Zartovica, capit dolose. An. 1243. *Longin. lib. 7.*

4. Ad Zwaniec, primus conflictus Polonorum, cum Tattaris. *Anno. 1653. Kocho.w tum Manuscr.*

5. Proceres Regni cum equestri ordine Visliciam conveniunt Comitia Electionis Regis habituri. An. *1382. Lon. l. 10.*

6. Obscura sub nocte prodi-

giosa lux apparet adinstar Crucis totam Cracoviensem oram illuminans An. 1270. *Bielski. lib. 2.*

Ead. Elizabeth, Casimiro Regi Pol: nubit. An. 1452.

7. Audacia Hungarorum, vi omnia hominibus eripientium ortum tumultum dum Iasco Kmita dirimit, ab Hungaro sagitta occisus, fit occasio tumultus in Hungaros, ubi qui in Arcem non confugerunt sunt occisi eorumq; 160. reliqui per triduum in Arce clausi, vix vita donantur. *An.* 1379. *Longin. lib.* 9.

Ead. Barbara Radivilia in Reginam *Pol*: Coronatur. *A.* 1550.

Ead. Tattari postquam priori irruptione huius Anni cum 40000. suorum ad 40. milliari

in lon-

in longum & latum Podoliæ & Russiæ populati sunt abducentes 50000. vtriusq; sexus hominum, dum alteram irruptionem faciunt ad Miedziborz 3. horis cum nostris pugnantes, vincuntur; & plusquam 600. occiduntur. *An. 1516. Bielski. lib. 5.*

Ead. Kumicki ad Techinum, Tattaros profligat & fugat. *An. 1684. trad.*

8. Ad Zwaniec, Casimirus cum Tattaris præliatur, quos acie fugat. *An. 1653.*

Ead. Sigismundus I. in Regem Pol: eligitur. *An. 1501.*

Ead. Apud Osmiany 20000. hostium dum fugantur, 10000. in acie sternuntur 4000. captivantur. *Biel. lib. 3.*

9. Henricus, Maioris Poloniæ Dux moritur. A. 1310.

10. Boleslao Pudico Rege Polon: vita functo, Tartari fame pressi Poloniæ oras vastant. *Longin. lib. 8.*

11. Constantia, Sigismundi III. Vxor, in Reginam Coronatur. *An. 1605. Piasec.*

12. Stephanus Bathoreus, in Martis campo non informa nasi tantum, similis Attilæ sed non in crudelitate dum contra Rigenses paratam arma ipse armis Parcarum devincitur. *An.* 1585. *Biel. lib. 6.*

Ead. Alexander, Rex Polon: Coronatur. *An. 1501.*

Ead. Poloni in Wielisiensi Arce Moschos obruentes enecant. *An. 1567. Gwag.*

13 Casimirus R. Polo: Barickam Sacerdotem, ponte deiectum, submergere aquis mandat. An. 1349. *Longin.*

14. Ludgardis Masoviæ Ducis Vxor, vita fungitur. An. 1283. *Longin. lib. 10.*

15. Stephanus Bathori, in Regem ab vna partium Scissa, eligitur.

Ead. Stanislaus Dąmbski, antequam Pontificalem Cathedram Crac: ingressus, est moritur; & dum pomposissimè tumulandus deducitur, orto tumultu, inter Vespiliones & lixas, ratione Capparum equis detractarum, noctivagi tenebriones sonipedes arripiunt quos fugientibus dum Studiosi eripiunt, Domino pro-

prio restituturi, à lividis (*quibus optima sunt pessima*) temeritati Studiosorum adiudicatum, magno Vniversitatis cordolio. An. 1700.

16. Poloni cum Tartaris, post Cruentissima aliquot prælia ad Zwaniec, paciscuntur. An. 1653. *Koch. Cl. 2.*

Ead. Salisfodinæ Vielicienses ardent, cum inæstimabili damno Reipub: An. 1642. *Piasec.*

17. Castrum Drdzen Polonorum, à Saxonibus noctu intercipitur. An. 1270. *Longin.*

18. Per totam Poloniam, ingens grassatur pestis, adeo vt pagi vacui hominibus fuerint, ac in ipsa Vrbe Cracovia 20000. fuerint mortua, Anno 1360. *Crom. lib. 12.*

19. Calissium obsidetur, & noctu inani conatu tentatur. An. 1381. *Longin. lib. 9.*

20. Lithvani proceres inter se domestico tumultuantes prælio tandem inter se paciscuntur. An. 1698.

Ead. Jacobus Swinka, Archiepiscopus Gnesnen: Consecratur Anno 1283. *Longin. lib. 9.*

21. Hedvigis Ducissa, Boleslai Legnicensis Ducis Consors, Filia Comitis de Anhelo moritur. An: 1259. *Lon. l. 1.*

22. Henricus Opoliensium Dux, dum ex studio Bononiensi revertitur, ex gravi infirmitate moritur. Anno 1394. *Longin. lib. 10.*

23. Joannes III. Rex Polon

in Au-

in Auſtria Hungaria, toties Turcarum Victor, ex Hungaria in Poloniam regrediens triumphaliter [Cracoviam ingreditur An. 1683.

Ead. Comitia à Lithvano Lukomski diſrumpuntur An. 1666. *Kochowſki.*

Ead. Legati Ruſſorum à Summo Pontifice audiuntur. Anno 1595.

24. Ex Commiſſione Apoſtolica SS. Clementis XI. Papæ, per Illuſtriſſ: & Reverendiſſ: D. Caſimirum, à Łubna Łubienski, Epiſc: Heracleenſem Suffragan: Cracov: &c. facta eſt cui [interfuère Capitulum Crac: Vniuerſitas & Magiſtratus Crac:] apertio Reliquiarum

rum & Sublevatio Capitis B. Ioannis Cantij in Ecclesia Coll: S. Annæ sic mirabiliter Deo disponente vt omnes ferè huius S. Actus in quartam diem cadant. Nam stanneæ thecæ sic habetur inscriptum.

Depositum B. Ioannis Cantij, Doctoris, Anno 1471. Die Decembris 24. sub ambona, Ecclesiæ defossum, tandem An. 1539. Septembris 6ta elevatum & in plumbea vrna compositum, deniq; in hanc mormoreā thecam habentem stanneam inclusum Anno 1637. Iulij 4.

Sub Vladislao IV. Regæ Poloniæ, Iacobo Zádźik, Episcopo Crac: Erasmo Cretkowski Præp: Officiali Crac: operam piam

San-

Sancto impendente.

Ead. Tattari, Cracoviam oppugnantes, dum ob recessum in Hungariam Lesconis præ timore, Poloniam longe lateq; vastant ad Vladimiriam partiti præda, cum multitudinem scire captivorum volunt, exceptis viris, parvulis, feminis maritatis ipsarum Virgium innuptarum 21000. numerant ex quibus cætera Captivorum ingens multitudo colligitur A. 1287. *Lon. l. 7.*

Ead. Joannes Albertus, *Princeps* & Episcopus Crac: moritur.

25. Tattarorum 40000. ad Batohovienses Campos, cum non ita pridem Polonorum 6000. sustulerint; populati oras Poloniæ magnam millium multitu-

titudinem Iuvenum, Virginum, & Nobilium abducunt, Anno 1666. *ex Munuscr.*

26. Millerus, omni arte & modo in mille formas se vertens, Czestochoviense Monasterium; dum oppugnat, magna prudentia Nobilium & Monachorum præsidentium bene tutatum est. A. 1655 *Kord: Koch.*

27. Siemovitus, Masoviæ Dux, Calissij, Regi Casimiro in Solio Regio constituto, veniens cum suis Proceribus, ornatus ducalibus insignijs proijciens Vexillum, & ipse ante pedes Regis prostratus, iurat perpetuam fidelitatem. A. 1355. *Lon. l. 9.*

28. Status Civitatensis Sigismundo III. Regi Pol. iurat *An. 1587. Piaseb.*

29. Milites Poloni, ducti sævitia, avaritia, tum impietate Sveci, grassantis per Poloniam, sub specie tutellæ: contra ipsum confœderantur. Anno 1656: *Kochew.*

30. Vladislaus Princeps, postea Rex Pol: Romæ peregrinus creatus Cardinalis, Veronicam (quàm nemo nisi Cardinalis contrectare potest) populo visendam exhibet. Anno 1624. *Vassember.* Kobierz.

31. Georgius Ragocius, temerario ausu contra ius & justitiam insurgens in Poloniam. Mandatum nimis fastuosum in Polonos edicit quod ei non in bonam exivit Coronidem & hic

S. D. G. B. M. V. I. C. H.